lere [1]), cum uirtutes locuntur». et cum omnia | noctis predicte intersticia [2]) uel spacia placuerint, li|cet satis penaliter pertransierint, duo tamen molestiam | michi aliqualem intulerunt, uidelicet more bre|uitas et nominis nocuitas. nox enim eo, quod oculis | noceat, nomen accepit: que ergo lumen intellectui [3]) | ingessit, cordi iocunditatem multiplicauit, quare | nox uocata est? dies enim magis debuisset appellari, | quam fecit dominus, in qua prophęta dicit exultandum et letan|dum; cui et ego consentirem, nisi misteria noctis aduerte||rem et eorum similitudinem in me qualemcumque recognosce|rem. noui iudam de collegio discipulorum cristi nocte exisse; | credo uirginem gloriosam nocte dei filium peperisse et, e|wangelio narrante, nocte dominum de mortuis resurrex|isse. quod utinam, ut estimo, in me sentirem impletum! op|to enim, quod iudas cum infidelitate sua sic de corde meo | exeat et [4]) laqueo suspensus sic intereat, ut omnibus po|natur in exemplum. (23) vtinam peccatrix anima mea nouum | puritatis concipiat affectum, ut [5]) tamquam uirgo filium ge|neret! utinam in nouam [6]) transformatus naturam, sic re|surgam in nouum uiuendi modum, ut numquam amplius | mortem gustem in eternum [7])! et quamuis horum rem nondum te|neam, spem tamen habeo, quod ex tunc a facie [8]) deum concepe|rim et quasi parturierim spiritum salutis. vnde et per totum | festum natalis domini inmediate sequens quasi parturiens | fui nichilque tunc libencius fecissem, quam quod tunc cum perso|na predicta fuissem. cuius presencia semen anime mee predic|tum iniecerat. Estimabam enim eo ci|cius illud in fructum | pullulaturum [9]), si fuisset calore genitricis confotum; et | ideo desideraui [10]) mirabilibus dei intendere et | interesse, que in persona predicta lucide et multifarie | ostendebantur [11]), cui iam in spiritu ueritatis et dilectione | sinceritatis [12]) anima mea erat conglu-

IIv[8]

[1]) ita AS; pr. m. naturalia simile cum etc.; corr. naturalia similiter (?) silere cum. [2]) liber in tristicia. emendarunt AS. [3]) AS intellectus. [4]) AS. liber ut. [5]) AS et. [6]) liber innouam. [7]) liber ineternum. [8]) AS uerbo, quod est facie, subiungunt [Personæ prædictæ]. [9]) corr.. ni fallor, e pul. luminaturum (sic). [10]) liber (dittographia(?)) praebet: desiderio desideraui et ita AS.; rectius fortasse scribimus: et ideo summo desiderio desideraui. [11]) corr.; pr. m. — batur. [12]) AS dilectionis sinceritate.

Digitized by Google

tinata in tantum, ut | uix dei potuerim [1]) recordari [2]) sine illius recordacione. | uidebatur enim michi inter eos [3]) quedam summa familia|ritas esse, cuius eciam quendam gustum cor meum sibi ex | tunc inbibit, quo plenarie inebriari desiderauit, licet | oportunitas tunc non daretur propter aliorum fratrum si|milem et forte maiorem deuocionem, quibus cedendum | iudicaui, quia erant nociores. |

(24) Deinde in XL:a [4]) immediate [5]) sequenti | data oportunitate, redii ad locum prememo|ratum et desideratum cum fratre gerardo de grifone, con|fessore predicte puelle, uiro morum honestate deco|rato, laudabiliter litterato et deuocionis gracia pre | multis priuilegiato, magistro studencium in domo | fratrum predicatorum colonie. uenimus autem sabba|to ante primam [6]) dominicam XL:e ad locum prenominatum. | IN dominica autem dominus plebanus supramemoratus propter | fratrem gerardum, cui familiarissimus erat, inuitauit ||| filiam 40 IIIr suam, puellam, cuius in superioribus sepius facta | est mencio, ut cum eo comederet. que patris sui petici|oni consenciens secum commedit. DE quo plurimum con|solabar, quia ex tunc incepi mores eius et gestus solli|cite considerare et examinare et, [7]) in quantum potui, lan|ce racionis ponderare, sicut prius pacienciam et modes|tiam fui contemplatus. ET quamuis pleraque circa [8]) sta|tum eius inuenerim racioni mee inperuia et inscrutabi|lia et meo iudicio mirabilia in tantum, ut con|sideracio mea, inproporcionati luminis claritate | reuerberata, in sinum suum reuerteretur et diceret: »MIRA|bilis facta est sciencia tua ex me, confortata est et | non potero ad eam;» ex tanto tamen, hoc est ex minimo, | quod intelligere potui, uidi eam mirabili et pluribus, qui | non uiderunt, incredibili abstinencia preditam, decenter | affabilem et religiose iocundam; inter humiles humil|limam et de abiectione et contemptu [9]) sui letam; per se pau|ca, sed edificatoria loquen-

[1]) corr.: pr. m., ni fallor, potuisti(?). [2]) AS potuerim Dei recordari. [3]) AS nos. [4]) AS in prima (sic). [5]) liber in mediate. [6]) »Anno 1268 Bissextili Pascha celebratum est 8 Aprilis, atque adeo Sabbatum ante I Dominicam Quadragesimæ, cadebat in festum S. Matthiæ; tunc per intercalationem diei unius ad 25 Febr. dilatum». AS. [7]) AS add. [8]) circa inseruit corr.; certa liber, quod eiciendum uidetur. [9]) AS contemptione.

Digitized by Google

tem et modeste ad interro|gata respondentem, iocunda interdum, sed ociosa numquam | proferentem. habitu religioso induebatur, in quo ni|chil superfluitatis uel ficte humilitatis notari po|terat. mirabili honestate morum pollebat, quibus | se intuentes et secum conuersantes plurimum in deo [1]) e|dificabat, quia quantum secundum deum potuit mores | suos conformabat [2]) et in hoc aliorum paci prouidebat. | sed de hiis et de similibus que notaui, in uersibus qui|busdam [3]), quos scripsi, collegi. (25) ex tantillo ergo, quod | tunc uidi, tacitus ex precordiis delectabar et in corde | deum benedicebam, sperans, quod iam desiderium meum exau|disset et implere inchoasset. facto prandio, dum plebanus | infirmum uisitaret, accidit, quod persona quedam ex | deuocione coram nobis cantaret: »ihesu dulcis memori|a», et theutonica uerba deuotissima interposita simul | concineret [4]), que et me sepius ad lacrimas promouerunt: [5]) | et rapta est [6]) predicta puella in tantum mentis excessum, | ut in omnibus sensibus inmobilis facta et toto corpore in|durata nullum uite sensibilis preferret indicium [7]), et | — quod plus addidit stuporis — nec perpendi poterat, quod attra|heret spiritum. fateor: dum hec fierent, pre gaudio fle|bam et pro [8]) miraculo stupebam et pro tanto diuine influencie dono gracias largitori referebam; nichil enim de | hiis nature uel humane industrie attribuebam, sed di|uinam presenciam in hoc facto sum ueneratus; sed [9]) de hoc | quid [10]) sensi et pro quo habui, inferius dicetur. cum ergo | talem disposicionem in homine mortali numquam uidissem, | putabam hoc esse, quod in apostolo legi: »siue [11]) mente excedimus;» nulli enim alii rei michi, quod uidi, uidebatur esse si|milius cepique tanto solicicius cuncta considerare facta, as|cultare uerba, motus et gestus [12]) ponderare et memorie | alcius recommendare, quia priuilegio gracie singularis omni|a esse iudicaui

canticum sancti Bernardi † 1153.

audiens hymnum »Jesu dulcis memoria« in ecstasin rapitur. rapta est in extasin.

[1]) AS correxerunt. [2]) AS mores suos [ceteris] conformabat. malim quia, quantum potuit, secundum deum mores suos conformabat. [3]) respicit uersus, a quibus incipit liber primus. [4]) liber, ut uidetur, contineret. [5]) ita liber; AS permoverunt. [6]) AS [Tunc] rapta est. [7]) ita AS; liber iudicium. [8]) AS præ. [9]) AS et. [10]) AS quod. [11]) corr. e sine. [12]) corr.; pr. m. gustus.

Digitized by Google

attribuenda. (26) cum ergo sic sedisset incli|nata aliquantulum super quoddam scampnum et faciem | et manus peplo uelatas haberet, ad trium uel | quatuor horarum spacium, singultando ingemuit ita, | ut in toto corpore modicum moueretur, et post cepit | aliquantulum spirare, multo tamen [1] rarius et minori | motu quam soleant homines communiter spirando | spiritum attrahere. fuit autem spiracionis motus adeo [2] | modicus, quod non posset [3] aduerti, nisi precipua diligen|cia obseruaretur, quia modo communi non fiebat. erat | enim, ut dictum est, minor motus spiracionis quam soleat | fieri communiter, et maius spacium inter inspiracionem | et respiracionem, que tamen sibi inuicem uidentur contrari|ari. et cum sic ad moram [4] duarum missarum sedisset sub hoc | modo uite, cepit paulatim apercius spirare et ad mo|dum communem [5] quodammodo in hac parte uenire hominum. | post hec cepit loqui, adeo tamen [6] submisse, quod ab as|cultante diligenter uix poterat percipi, non tamen oracio|ne perfecta, sed uno enunciato uerbo dulci et amatorio, | ut est »amantissimus» »dulcissimus» uel »precordialissimus», | »intimus» uel »sponsus;» tanto [7] et tam inusitato exultauit | tripudio, ut, toto corpore tremefacto, plus longe quam [8] sole|at ridentibus accidere, ad moram unius »miserere mei deus», | sub uno spiritus attractionis motu in hoc permanserit | et post equali temporis spacio quasi inmobilis perse|uerauit. perdurauit autem et hic [9] modus risus uel | tripudii, exultacionis uel gaudii — nescio enim, quo | nomine debeat censeri, quia huius simile nichil prius ui|di — ad moram, ut puto, duarum missarum. (27) cessante autem | et hoc modo, qui plerosque secus eam sedentes commo||uit ad fletum propter excellentis deuocionis et arden|tis dilectionis multiplex indicium [10]), cepit plura in lo|quendo uerba continuare et oraciones quasi ex integro formare, in | quibus graciarum actio et uox laudis resonabat [11]). me|moriam enim quandam faciebat status, in quo fuerat, | et beneficiorum que perceperat in generali, licet ad specia|lia

[1]) corr. e tamen. [2]) corr.; pr. m. a deo. [3]) AS ita. liber possit. [4]) liber (et AS) horam. [5]) corr.; pr. m. conueni. [6]) corr. e tamen. [7]) et tanto expectaueris. [8]) corr. addidit quam [9]) AS om. hic. [10]) ita AS. liber iudicium. cfr. p. 11, n. 7. [11]) legendum opinor resonabant.

Digitized by Google

non descendebat. Dulcissimum hoc fuit audire, quo|modo suam recognouit uilitatem et sui sponsi mag|nificentissimam largitatem et familiarissimam be|nignitatem. hinc inde enim oracio percurrebat [1]); nunc | enim sonabat propriam humilitatem et indignitatem [2]), nunc | dei magnificauit [3]) bonitatis immensitatem. Dura|uit autem et hic modus ad spacium unius misse. Quo [4]) | cessante, exilii sui multiplices miserias cepit cum | maxima [5]) cordis amaritudine et lacrimarum profusione | conqueri, ut talem lacrimandi modum numquam prius | uiderim. Vnde, quod pedes domini rigati fuerint lacrimis | mulieris, quamuis prius [6]) crediderim, narrante ewangelio [7]), | ex tunc tamen forcius cordi inpressi, tali [8]) monitus exem|plo; puto enim, quod non tantum pedes, sed et manus et ca|put lacrimis rigasset, si oportunitas data fuisset. | hac quoque hora per se pertranseunte, cepit quasi homo | deuotus ex intima deuocione recommendatos sibi deo | affectuosissime recommendare. Quod ideo taliter pono, | quia hic primum aduerti, quod humana racione et instinc|tu naturali mouebatur; huius eciam [9]) exemplum, quamuis | diminutum, prius uideram inter mortales. et cum ami|cos et benefactores, in quocumque genere beneficii ei subue|nissent, attente recommendasset, pro inimicis summa instan|cia, si qui essent, deuotissime dominum exorauit, ut eis in|dulgeret, siue ex industria siue ex ignorancia in eam | peccassent, et ideo [10]) addidit, — quia quidam factis suis detrax|erunt, — »quia ueritatem non intellexerunt». (28) hiis sic siue per | deum siue per eam completis, cepit hominibus loquenti|bus sibi respondere et uite humane modum tenere, | preteritorum nullam omnino faciens mencionem; quin poci|us et [11]) egre uidebatur ferre, si de hiis aliquem audiuit | loquentem. infra tempus autem, quo ibi [12]) morabar, que|rebam ab ea, quomodo ualuisset, post quam eam uidi ante | natale domini [13]); et respondit: »con-

[1]) AS procurrebat. [2]) AS indignitatem restituerunt. [3]) AS magnificabat. [4]) AS qua. [5]) ita corr.; pr. m. mariam (sic). [6]) AS prius et contra librum. [7]) AS mendo typothetae mirum in modum par ante Evangelio legunt. [8]) corr.; pr. m. talium(?). [9]) AS autem. [10]) AS idcirco hoc legunt. [11]) AS om. et. [12]) corr.; pr. m. ubi. [13]) corr. add. domini. AS natalem domini.

Digitized by Google

γ Dæmon in specie bufonis per octo dies pectori virginis insidet

petenter», et addidit: »octo di‖ebus ante puri- 40 IIIv
ficacionem, cum essem in oracione post con|-
pletorium ante lectum meum, audiui sonum buf-
fonis | et presenciam adesse intellexi demonis;
ad cuius uocem in pri|mis territa fui, sed ad cor rediens mansi
in eodem loco in o|racione, quam inceperam, et audiui, quod
michi a|propinquauit; tan|dem [1]) sensi, quod [2]) sub uestes meas
γ 13 (α) de buffone intrauit. post hoc probaui, | quod paulatim per
membra mea scandebat et ultimo | se in pec-
tore meo [3]) collocabat. erat autem adeo [4]) mag|nus, quod fere
totum pectus meum cooperiebat; adeo [5]) eciam | fortiter ungues
suos carni mee impressit, quod grauia | uulnera post se reliquit.
sic ibidem, quocumque ibam, per omnes | octo dies remansit,
siue ecclesiam frequentarem [6]), siue ora|rem [7]), siue aliud quid
facerem; erat autem hoc michi pena non | parua. cum au-
tem in uespere ante uigiliam predicti festi | essem in ora-
cione et intellexissem, quod deus uellet me libera|re a predicta
tribulacione, manum meam traxi ad inte|riora per manicam
et posui digitos meos inter pectus | meum et uentrem buffonis,
et uiolenter [8]) eum euulsi, et | a me in pauimentum proieci,
et sonuit, quasi calceus antiquus | fuisset proiectus, et dixi ei
quasi ex indignacione: »infelix, cur | tam cito reuertebaris?
nonne in aduentu me sa|tis afflixisti et satis [9]) crudeliter
persequebaris?» et res|pondit michi demon de buffone: »non
sum ego ille; alterius | crimen michi inponis. ego enim num-
quam prius [10]) ad te ue|ni, sed et nunc sic deuictus sum et
confusus, quod numquam | reuertar». et adieci: »fuge, miser!»
et [11]) statim fugit, | sed et buffo disparuit». et post hoc ad me
loquebatur: | »nunc IIII:a uertitur septimana, post quam hec
acciderunt, | et adhuc in pectore meo uulnera [12]), que demon
inflix|it, perseuerant». |

[1]) AS tandemque. [2]) AS [quod]. [3]) se repetitum fuit post meo, sed deletum est. [4]) corr.; pr. m. a deo. [5]) corr.; pr. m. a deo. [6]) corr.; pr. m., ni fallor, frequentantem. [7]) AS om. siue orarem. [8]) ita corr.; pr. m. aliud nescio quid scripsit. [9]) ita AS. liber satis et. melius fortasse alterutrum satis excluditur. [10]) liber (et AS) plus. [11]) AS. qui. [12]) liber in pectore meo sunt uulnera, quare corr. et inseruit ante perseuerant.

Digitized by Google

(29) Cum frater karulus reuerteretur de parisius [1]) in da|ciam et uenisset coloniam, ubi ego tunc causa studii [2]) | commorabar, et ad edificacionem suam quedam narras|sem de persona memorata, in tantum accensus [3]) est de|uocione [4]), ut omnino eam uellet uisitare et corporaliter | uidere. cum autem pro signo certitudinis dictorum clauos | ferreos uisu horribiles, quos demon dicte puelle | tibiis infixisset, ostendissem, petiuit instantissime unum | ex eis; quem et ego dedi et ille accepit pro magno mu|nere. ut ergo et ipsam IVr' personam uideret, licenciam peti|||uit et accepit a priore colonien|si; cui datus fui in so|cium; et sic III:a [5]) uice ad prefatam ueni personam in die an|nunctiacionis dominice post tempus conpletorii, que tunc in | sabbato celebrabatur. intrantes ergo domum domini pleba|ni, qui fratres solebat infatigabiliter hospicio recipere, | mansimus illic per noctem. cum ergo negocium nostrum | plebano dixissem et modum quesiuissem, quomodo frater | karulus personam, quam uidere uolebat, posset [6]) inuenire, | respondit honeste satis — erat enim uir multarum graciarum, | magne puritatis et morum honestatis, simul et lar|gitatis et precipue [7]) deuocionis, que aperte in eo fulserunt —: | »inuitate eam cras, ut comedat uobiscum» [8]). ad quem dix|i: »non est meum aliquem inuitare». respondit: »ipsa li|bencius ueniet, si uos eam inuitaueritis». (30) quod cum factum | esset in crastino et ad prandium deberemus accedere, inue|nimus eam paratam primo ad aquam manibus nostris infun|dendam; et cum nos inuitaret ad aquam accipiendam, su|bito in uerba [9]) beate elyzabeth prorupi dicentis: »et un|de hoc michi, ut [10]) ueniat mater domini mei ad me?» indignum | enim iudicaui, ut aquam manibus meis administraret. | humilitatem tamen suam et deuocionem attendens, sedi [11]) | tacens, quamuis uerbum emissum circumastantes [12]) nota|rent. facto ergo prandio, cum sederemus ad ignem secun|dum morem theutonicorum et in me-

[1]) sic liber semper, numquam parisiis. [2]) corr.; pr. m. studui. [3]) corr.; pr. m. accessus. [4]) corr.; pr. m. in tantam . . . deuocionem. [5]) corr.; pr. m. IIII:a. [6]) liber (et AS) possit. [7]) i. e. praecipuae (AS præcipue). [8]) AS nobiscum. [9]) liber (et AS) uerbis. [10]) corr. add. ut. [11]) sedi est in rasura. [12]) AS. circumstantes.

Digitized by Google

moriam [1]) reuocarem, | ut attenderem manum eius sinistram — secundum quod premo|nitus fui in precedente uespere —, quam et in commedendo [2]) | et bibendo aduerteram et [3]) propter custodiam eius nimis | sollicitam nichil, quod uidere uolui,
γ audit pia et rapitur uidi; accidit, ut | rogaret me, ut de deo ei aliquid dicerem [4]). cum ergo IIII:or | uel III primas proprietates seraphin [5]) posuissem secun|dum beatum dyonisium — sciebam enim, quod de dei dilectione li|benter audiret —, in tantam uenit affectionem cordis, | ut famule matris sue ad se misse ter loquenti, non | aduerteret ad interrogata respondere. quod cum aduer|tissem, tacui; et, modico interuallo facto, dixi ei, modi | sui adhuc ignarus: »quare non expediuisti famulam | matris tue?» respondit: »si omnia, que ad matrem meam per|tinent, periclitarentur, nunc de suis negociis me nesci|rem intromittere». (31) dum sic occupata erat spiritu, aperuit | manum sinistram, et rem uidi ab infancia desideratam, ‖ et nescio, si usque ad illam horam IVr
rem aspexi tam | deuotam et tam decoram et que cor meum
α nota de cruce dominica tantum letifi|cauit et edificauit. vidi enim in manu uirginea | candida crucem dominicam colore sanguineo ruben|tem. quam pulchra fuerit hec
γ 14 Crucis figuram in manu sinistra impressam habet conueniencia, uix po|terit estimare, cui non fuerit datum contemplari. e|rat enim crux illa non colore uel cruore tantum depicta, | sed carni ipsi cum uulnere manifesto inpressa, non sim|pliciter formata, sed decentibus et pulcherrimis | floribus adornata et adeo mirabiliter ordinata, | quod cuilibet [6]) aspicienti patuit, quod eam ars humana | numquam efficasset [7]), quamuis in hoc totum studium suum | expendisset. hanc crucem oculis uidi, sed uirtutem eius | corde [8]) meo intrinsecus percepi. nam ab illa hora fami|liarius michi fuit de cruce et crucifixo meditari, qua | dominus me tali miraculo dignatus est consolari [9]). sed de |

[1]) liber inmemoriam. [2]) ita pr. m.; corr. comedendo. [3]) lege sed. [4]) corr.; fuit, opinor, diceret. [5]) AS Saraphin. [6]) corr.; pr. m. quilibet. [7]) ita pr. m.; corr. effecisset. AS effigiasset. [8]) AS cum libro cordi. [9]) hunc uerborum ordinem exhibet liber; AS: ab illa hora, qua . . . est consolari, familiarius . . . meditari. permulta tamen exempla ostendunt ab elocutione Petri non abhorrere relatiuam sententiam, interiectis uerbis, a substantiuo, unde pendet, sej onere.

Digitized by Google

hiis alcior racio. frater autem karulus, cuius eram socius, | ex aspectu et presencia premissorum plurimum edificatus | in crastino recessit, et quia audiuit, quod demon uiolen|ter abstulerat et de manibus potenter libellum eri|puerat puelle prememorate in die conuersionis a|postoli pauli, quem solum possidebat, dedit ei in signum | specialis deuocionis et dilectionis psalterium ualde pul|cherrimum, sed paruum, quod per [1]) se parisius [2]) procurauit. | cui et ego arridens dixi: »plus uult deus dare quam | dyabolus poterit tollere;» et protuli diurnale paruulum, | quod michi felicis memorie frater absolon [3]) prouincialis | dacie dederat in nouiciatu, et dixi: | »ecce, ex quo dya|bolus abstulit tibi unum libellum, dedit deus tibi du|os;» et diurnale predictum sibi contuli, et sic recessi|mus edificati. |

15 Dæmon virginj ɣ libellum precatorium aufert

(32) Quarta uice hoc modo contigit me personam, de qua | narro, uisitare. ante festum pasche eiusdem | anni dixit michi prior coloniensis, ut cum supra memora|to fratre gerardo de grifone exirem. cum ergo obe|dienciam implerem [4]) non inuitus, in uigilia pasche de | domo fratrum, facto prandio, exiuimus. et dum post meri|diem ambularemus et inter nos de deo et de statu | puelle, cuius sepius mencio habita est superius, trac|taremus, incaluit intra nos cor nostrum 40 IVv' pre admiracione ‖ operum mirabilium, que uideramus circa [5]) predictam | puellam ex parte dei, et miserabilium et nimis pe|nalium ex parte dyaboli. mirabilem autem deum ambo | laudauimus in sanctis suis. cum ergo de hiis loquere|mur [6]) et iuxta palludem quandam, in qua ranarum | erat magna multitudo coaxancium et nos | inpedienciun, iremus, dictus frater gerardus, tedium pas|sus, eleuauit in altum brachium dextrum et fecit | signum crucis [7]) et dixit: »precipio uobis, rane, in nomine | patris et filii et spiritus sancti, ut taceatis». et statim, teste | deo,

frater Gerardus ranis silentium imponit

[1]) ita liber. an cum AS pro legendum? [2]) hoc loco AS quoque retinent Parisius. [3]) AS Absalon. [4]) ita, ni fallor. pr. m.; corr. uoluit implere*mus*, quod exhibent AS, quae et in u. seq. inviti pro libri forma inuitus praebent. [5]) pr. m. certa, post quod corr. circa posuit; cfr. p. 10 n. 8. [6]) fuit, ni fallor, loque*re*mus. [7]) corr.; uestigia prioris scripturae ostendere uidentur de*r*truncis (? destructis?).

Digitized by Google

omnes siluerunt, ac si non fuissent ibidem, nec am|plius sonum aliquem emiserunt [1]), cum tamen [2]) adhuc | iuxta eandem palludem uiam per longum spacium per|sequeremur [3]). Dixi autem ad predictum fratrem: »Quid | factum est de ranis istis, que tantum tumultum | fecerunt?» at ille parum subrisit, sed nichil respon|dit; quod et ego aduertens ad aliam materiam uer|ba mea conuerti. (33) cum autem ad uillam [4]), quo ibamus, | uenissemus, ad hospicium plebani iter direximus [5]), | qui nos uocauerat. et ecce, ante quam limen in|trarem[us], occurrit michi mater plebani, mulier e|tatis ad modum prouecte, et dixit michi, filium me | uocans — nouerat enim me iam pridem —: »karissime fili, doleo, | quod heri non fuisti hic; uidisses enim dei mirabilia, | si affuisses». cui cum respondissem quasi iocando: »forte | cras similia potero uidere», illa respondit: »Numquam | in terra ista temporibus nostris uisa fuerunt, et credo, | quod uix amplius uidebuntur». cum ergo rem tantum pon|deraret et ex quodam feruore cordis uerba pronunci|aret, cepi aduertere in ea quandam insolitam dispo|sicionem, quasi de magno aliquo esset locutura, et dixi: | »Que noua acciderunt, de quibus tantam facis men|cionem?»

a de signis dominice passionis

et cepit michi recitare dicens: »heri in quadam | puella in uilla [6]) hac expresse apparuerunt signa do|minice passionis». et cum aliquid michi de modo dicte [7]) | aparicionis dixisset, quamuis dissimulauerim, corde tamen | commouebar. et tunc temporis personam, de qua au|dieram, libenter uisitassem, si o|portunitas data fu|isset; que negata fuit propter socii mei debilitatem. (34) In | die autem pasche, cum persona, de qua michi relatum ‖ fuit, de summo mane communicasset, et post factum pran|dium ad eam cum domino plebano uenissem, inuenimus eam | in lecto iacentem, cooperta[m] cum peplo ex diligencia faciem | habentem. quod quoniam tam dominus plebanus quam ego aduertimus, quod | aliquid significaret, collocauimus [8]) nos, ipse ad caput | lectuli sui et ego ad pedes. et cum sic sederemus, adhi|bui omnem dili-

40 IVv²

[1]) corr.; pr. m. emittentem. [2]) corr. e tamen. [3]) AS prosequeremur. [4]) AS illam, errato typoth. [5]) corr.; pr. m. dixerimus. [6]) corr.; pr. m. uia. [7]) fuisse nidetur dñce (i. e. dominice). [8]) AS significaret: et collocavimus.

Digitized by Google

genciam, ut faciem suam possem [1]) intueri, | non curiositate motus sed dilectione passionis cristi, cuius | signa in ea audieram iam de nouo aparuisse. sciui | eciam, quod nulla precum inportunitate [2]) hoc possem [3]) ab | ea optinere, ut uoluntarie faciem suam, ut tunc erat dis|posita, michi ostenderet; nam et de illa aliquid audieram. dix|erat enim michi mater plebani inter cetera, quod facies sua | tota esset liuida [4]), quasi cum baculis esset grauiter concussa. | vt ergo ueritatem huius dicti possem [5]) probare, predictam | adhibui solicitudinem; sed et deus omnipotens, qui [6]) donum, | quod dederat, quod [7]) inpresserat, uoluit manifestare, hac michi | ostendit illud occasione. cum dominus plebanus sic sedens | conferret cum ea de agno [8]) paschali, qualis fuisset, | quem sumpsisset, et inter uerba ex deuocione parum risisset | pre habundancia gaudii, quod senserat, respondit: »quali|tercumque michi sapiebat, ad minus uidetur, quod uos eum | ualde dulcem senseritis [9]), ex eo quod risistis» [10]). inter huiusmodi [11]) | ergo uerba, que non erant multitudine numerosa, sed dul|cedine plurimum saporosa, non puto casu, sed natura | cogente et dei prouidencia procurante, cum dicta persona de|buit spuere, peplum, quo facies tecta erat, eleua|uit; et quia ad pedes sedi, intuitus sum sub peplo uul|tum eius, utique non uultum angeli, sed tamquam uultum simili|orem uultui pontificis summi [12]); quo quis aspecto mente | poterat [13]) uulnerari. erat enim totaliter liuidus et quasi ad ni|gredinem declinans, qualem faciem humanam numquam as|pexi, quasi cum baculis [14]) totus fuisset concussus. (35) ad hanc uisio|nem secundo iteratam

[1]) AS ita; liber possim. [2]) ita pr. m.; corr. prior opportunitate, tum nouus corr. primigeniam lectionem restituit. [3]) liber (et AS) possim. [4]) corr.; pr. m. lucida. [5]) AS; liber possim. [6]) AS quo. [7]) AS quodque. melius fortasse et pro quod restituitur, signo illo, de quo mentio facta est p. 1, n. 10, male a librario intellecto; nisi malumus statuere quod dederat inducendum esse; quod librarius facile posuit, ductus formula loquendi, quae est donum dare; postea, uera lectione quod inpresserat addita, oblitus est uerba quod dederat e contextu semouere. [8]) corr.; pr. m. signo. [9]) corr.; pr. m. sentitis. [10]) liber (et AS) sensistis. [11]) AS huiusmodi. [12]) AS sed tamquam nullum similiorem vultui summi pontificis [id est Christi]; scilicet haec uerba: id est christi, editor posuit, ne legentes summum pontificem papam respici crederent. [13]) AS poterat mente. [14]) AS baculo. cfr n. 8.

Digitized by Google

erat stupor quidam in oculis | meis et admiracio et mira ad
cristum passum in corde | meo nascebatur compassio; et nes- 35
cio, si ad illud tempus | de uisis [1]) uel auditis, lectis uel scrip-
tis, usque ad illam | horam aliquid cor meum sic penetrauit
et cristi passio|nem in eo sic profundauit. cogitaui enim et
quasi per racio|nem uisum examinaui: si ex eo, quod cruci-
fixores iudei ||| dominum cristum arundine percusserunt et 40 Vr[1]
palmis cecide|runt, facies sua sic liuida fuit ex percussi-
onum gra|uitate uel multiplicitate, quale putandum est fuis|se
dorsum ex flagellorum acerbitate? que tanta erat, ut | per eam
eciam crudelis et impius pylatus, iudex iniustus, | inimicos 5
suos, id est cristi [2]), intenderit ad misericordiam e|mollire; in
qua iudicantis cogitaui seuiciam, flagellan|tis inmisericordiam [3]),
sed populi aspicientis horrui detesta|bilem superbiam. feruo-
rem [4]) ergo uel, si [5]) apercius dicatur, dolo|rem quendam cor
meum ex eo concepit, accensusque est in | corde meo ignis 10
quidam; sed et in promptu fuisset im|ber copiosus lacrima-
rum, nisi morem gessissem circumseden|cium [6]) et timuissem
notari, ac per hoc et ignem extinxis|sem et fluuium lacrimarum
repressissem. sed hiis sopi|tis, iui cum domino plebano ad offi-
cium uespertinum per|agendum. cum autem in uia frater Gerar- 15
dus nobis oc|currisset cum pluribus personis utriusque sexus,
inter cete|ros aduenit et quedam femina, cristina nomine, et
que|siuit a me iocando, an [7]) cristinam diligerem, seipsam
no|tans. cui cum dicerem — uerba sua parum ponderans, sed | 20
pocius flammam cordis celare non ualens —: »diligo», riden|do
subdidi, »non te notans» [8]). quod et uerum erat. perso|nam
enim, de qua recessi, notaui. vnde quamuis illa ex pu|ericia
cristina uocata, ego tamen [9]) eam ab ea hora [10]) | cristinam
uocare statui, qua [11]) in ea cristi stigmata, numero | et loco 25
debito, domino concedente, respexi; De cuius dilecti|onis

[1]) deuisis liber. [2]) scilicet uerba: id est cristi haud dubie addidit librarius, ne suos crederetur Pilatum respicere; quam uocis ambiguitatem si obseruasset Petrus, id est cristi non addidisset, sed suos in eius emendasset. cfr p. 19 n. 12. [3]) liber in misericordiam. [4]) pr. m. fenorem. [5]) liber ut (pro uel) si. AS vel ut. [6]) AS (respectui) circumsedentium. [7]) corr.; pr. m. ante. [8]) pr. m. subdidit non te(?) notans. corr. subdidi non eam notans. AS: subdidit, Non eam notas? [9]) corr. e tamen. [10]) corr.; pr. m. homo(?). [11]) ita pr. m.; corr. quia.

Digitized by Google

racione [1]) infra dicetur. (36) officio ergo uespertino se|cundum morem patrie mane completo, ut uix dici pos|set [2]): »quoniam aduesperascit», et fratre Gerardo et plebano ad cristi|nam redeuntibus et me sequente eos, inuenimus alios duos fratres in uia, uidelicet fratrem iohannem de můffindorp [3]) | et fratrem Nicolaum. Nos ergo IIII:or fratres predicti cum qui|busdam aliis personis deuotis, ad dictam cristinam intran|tes et eam uisitantes et salutantes supradicto modo in | lecto iacentem, ad modicam morulam secum loquebamur. | Inter cetera autem cristina dixit Fratri Gerardo: »cur me pri|us non uisitastis [4]) in tanta necessitate constitutam?» [5]) illo autem se ex|cusante, sic post cetera determinauerunt, ut frater Ge|rardus et frater Iohannes in crastino comederent cum aduo|cato antiquiore et Frater Nicholaus et ego cum dicta | cristina comederemus. Que ordinacio michi plurimum pla|cuit; ex corde enim desideraui, si michi deus dignaretur os|tendere, supramemorate matris plebani relacionis ueri|tatem conprobare, cuius dominus iam partem michi manifes|tauit [6]). In crastino ergo, officio diurno [7]) in ecclesia peracto, | tempore prandii adueniente, uenimus frater Nicholaus et | ego ad domum cristine et, officiis de spiritu sancto et beata uir|gine coram ea lectis [8]), quia officium sine libro ignoronaui|mus, consedimus ante lectum suum ad commedendum. et tem|pore, quo cum ea commedimus, tercia uice signa salutifere | passionis cristi in manibus eius sum contemplatus; quorum | modus hic erat: In medio palme utriusque manus uidi | uulnus; caro enim nuda aparuit ad latitudinem unius ster|lingi, formam habens rotundam, non pictam, sed carni absque | notabili profunditate inpressam; quod et per octo dies | continuos perseuerauit [9]), licet successiue et paulatim per | singulos dies minueretur. (37) erat autem et in exteriori | manus parte uulnus, interiori in quantitate et loco res|pondens proporcionaliter, ac si uestigium esset claui manum | penetrantis; et

nota de signis passionis domini α

16 Christina stigmata passionis in membris suis expressa habet. γ

[1]) corr.; pr. m. racionis. [2]) liber (et AS) possit. [3]) AS Mustindorp. [4]) AS visitatis. [5]) corr.; pr. m. institutam. [6]) AS manifestaverat. [7]) AS divino. [8]) corr.; pr. m. lecta. [9]) AS. perseveraverit.

Digitized by Google

ut uerum fatear, aspectus huius uulneris | erat michi gracius ferculum in mensa, ita ut pre dulcedi|ne illius facile cetera uiluissent, eciam si plura fuissent et | lauciora. octo autem diebus sequentibus, ut puto, coti|die suus fui commensalis, in quibus satis, quantum licuit, | de predictis perscrutabar. sed preter ea que uidi, ea que | a familiaribus audiui eciam hic recitabo, quamquam eam | nec uno uerbo audiui de hiis facere mencionem, sed sic | tacebat [1]), ac si ei nichil accidisset, sicque dissimula|bat, ac si negocium omnino ignoraret; immo quod plus | est, multum ei displicebat et quasi offensam se ostendebat, | si quis coram ea de hoc mencionem faciebat. verumptamen | ego, qui placere non studebam et displicere non formi|dabam, familiariter contuli cum personis, que presentes ad|fuerant, audierant et uiderant uniuersa.

7 Sociæ præcipuæ Christinæ recensentur

(38) erant autem [2]) hee [3]) | precipue: hilla de monte, cognata sua et in omnibus tri|bulacionibus et consolacionibus suis comes indiuidu|a [4]), cuius faciem inter aduersa et prospera numquam uidi | mutatam; virgo per omnia laudabilis, ad tristia inper|territa, in letis et prosperis cauta; uirginem actu, ha|bitu, affatu ubique preferens. locus eius erat seriosus, || et serium uidebatur iocosum propter uerborum et morum equa|nimitatem [5]); post cristinam nescio, si uidi puellam tante pu|ritatis; uidebatur enim michi, quod peccare nesciret, et ipse | deus scit, quod gestum, signum uel uerbum lasciuie [6]) in ea [7]), quam|uis multum considerauerim, numquam aduerti, quamuis fa|miliarissime secum fuerim sepius et diucius conuersatus [8]), | ut infra patebit. secunda erat gertrudis, soror | plebani, morum et ipsa honestate preclara, de qua in|ferius dicetur. tercia aleidis ceca, que plorando, | ut creditur, oculos amiserat et eorum amissionem non | doluit, et insuper in lecto VII annos decubuerat et | mirabilem pacienciam in omnium uirium destitucione | exhibuerat; virtus eius [9]) non est scripto enumeranda, | maxime ei, qui nouit personam; nam putabit om-

40 Vv'

[1]) AS faciebat. [2]) pr. m. autem erant, sed corr., positis › — ‹, uerum ordinem restituit. [3]) ita liber. [4]) liber in diuidu|a. [5]) liber eque|nimitatem. [6]) corr.; pr. m. laciuie, [7]) liber inea. [8]) -tus est in ras.; fuit, ni fallor, conuersacio. AS conservatus. [9]) liber eius.

Digitized by Google

nem | laudem *fact*is ei*us* inferiorem. quarta erat puella par|uula, bone indolis, uoto castitatis ex corde uolun*ta*|rio i*n* seculari habitu obligata. cu*m* hiis ergo p*er*sonis secretariis de | dei secretis [1]), q*ui*a omnes p*ro* uirginibus habebant*ur* et | uere, ut credo, sic eran*t*, seorsum et diuisim con*t*uli, et | omnes una uoce de p*re*missis magnalib*us* sic responde|ban*t*: (39) »post matutinas d*ict*as de p*ar*asceue p*ost* crepuscu|lu*m* [2]) in die cene, cu*m* ad hospiciu*m* aleidis *crist*inam deduxis|semus, — in quo omnia p*re*missa hui*us* tractat*us* con*t*ig erun*t*, — | cepit nobis i*n*usitato modo loqui et dic*er*e: »karissi*m*e | socie, nescio q*ui*d michi incon*s*uetu*m* accidit». et cu*m* hoc | dixisset, cepit grauissi*m*e pauere et medullit*us* con*t*ur|bari; in tantu*mque* [3]) aute*m* excreuit turbacio, q*uo*d parum | ante media*m* noctem sudauit sanguinem; et hec turba|cio usq*ue* in die*m* crastinu*m* p*er*durauit, donec p*ropter* officiu*m* | diei ad eccl*es*iam omnes iremus». aleidem aute*m*, q*ue* p*ropter* ceci|tatem et uiriu*m* debilitatem sola rema*n*serat, cepi dein|ceps singulari*ter* inter*r*ogare: »Bona aleidis, audisti | aliq*ui*d uel i*n*tellexisti de hiis, que gesta su*n*t circa *cristi*|nam i*n* p*ar*asceue tempo*re* officii, quo sola secu*m* fuisti?» | et respo*n*dit: »sonu*m* magnu*m* audiui, ac si un*us* homo | i*n* tantu*m* fuisse*t* extensus, ut omnia ossa sua a co*n*pa|gib*us* suis dissolue*re*ntur». et cu*m* inter*r*ogare*m*, si uoce*m* ali|qua*m* audiuisse*t*, Respo*n*dit: »uoces et ue*r*ba audiui, que | numqua*m*, du*m* uixero, reuelabo». et sic *ter*minata est col|lacio respo*n*dentis et inter*r*ogantis, non sine utriusq*ue* ‖ exultacione et edificac*i*one. |

in cæna *domini* γ ante media*m* noctem Christina sudat sanguinem.

(40) Post festu*m* pasche, cu*m* ad domu*m* fuissem*us* reue*r*si, con|seruaui omnia p*re*dicta et multo [4]) plura, co*n*ferens | de eis i*n* corde meo, et hinc inde cogitac*i*o*n*es mee oriebant*ur*; | Nunc *enim* de uisis dei mirabilib*us* [5]) admirabar,

[1]) pr. m. *per*sonis dei secutur*us*, sed secutur*us* in secretis correctum; secretariis supra *per*sonis et de in mg. add. corrector. uerum nescio an ediderint AS: personis deo sacratis. (an legendum secretariis et deo sacratis?). [2]) AS pro p*ost* falso prius legunt et exhibent: prius [quam finiretur vespertinum] crepusculum. [3]) AS in tantum. [4]) AS; liber multa. [5]) AS admirabilibus.

Digitized by Google

nunc deo pro suis | beneficiis regraciabar, nunc de meis defectibus in conspectu domini [1]) | humiliabar. In uigilia autem beati petri martyris de ordine | predicatorum uocatus fui ad portam, quod michi perraro [2]) contigit, et inter ceteras personas, que michi loquebantur, eciam predictam cristinam uidi et salutaui; que ob deuocionem festi in | coloniam uenerat ad ecclesiam fratrum uisitandam, ut participacionem indulgencie [3]) reportaret. cum ergo dixissem, quod | frater mauricius me rogasset, ut aliquibus diebus cum | eo exirem, rogauit nos ambos, ut ad uillam, in qua ma|nebat, declinaremus; quod et factum est. Nam in uigilia sancte | crucis ad eam uenimus et tam ab ipsa quam ab aliis uilla|nis recepti fuimus [4]) benigne. In crastino autem, hoc est | in die sancte crucis, cum, facto prandio, coram pluribus gradus con|templacionis secundum ricardum de sancto uictore exponerem, aduerti | ego cum aliis, quod cristina [5]) in mirabilem deuocionem et exul|tacionem per predictos gradus fuit deducta in tantum, quod | gaudium suum non poterat occultare, quin illud uerbis et | gestibus manifestaret. Facta autem collacione, cum placuis|set pluribus, qui aderant, ut modicum deambularemus [6]) ad | quandam aquam, contigit [7]), duobus et duobus [8]) simul quasi in processione euntibus, me cristinam associare. (41) Dum autem sic ire|mus et de dei dulcedine tractaremus, inter cetera quesiuit | cristina a me, quare quidam sacerdotes diucius

25a nota bona exempla.

celeriusque alii [9]) | celebrarent. at ego respondi per similitudinem: Qui manum | plenam semine papaueris proiceret in os suum et singulorum | dulcedinem uellet degustare, oporteret eum diucius masticare quam qui grana integra deglutiret; sic qui singu|lorum uerborum mellifluorum in canone positorum suauitatem wlt [10]) sen|tire, necesse est eum in quolibet uerbo aliquam morulam con|trahere in proferendo. placuit ei solucio et secundam moluit questionem dicens; »Bone frater petre, non displice|at tibi, quod a te quero: quomodo est tibi, cum celebras?« | et ego

[1]) AS eius. [2]) liber per raro. [3]) infra indulgencie linea ducta est. [4]) liber fuerimus. [5]) corr.; pr. m. cristinam. [6]) liber de ambularemus. [7]) liber contigit ut. [8]) AS om. et duobus. [9]) AS diucius aut celerius quam alii. [10]) corr. add. wlt.

Digitized by Google

respondi: »Bene et optime». *Quod* cu*m* dixisse*m*, u|trum*que* genu i*n* terra*m* fixit et *quasi* se tota*m* i*n* [1]) terra*m* inclinan|do
40 VIr' coequauit. cu*m* autem surrexisse*t* et ad hospicium*m*, ||| de quo exieramu*s*, reuersi fuissemu*s*, inue*n*imus | ante nos duos fra*t*res, henricu*m* de beitbur et socium | eiu*s*. cu*m* quibu*s* cu*m* cenassemu*s*, cu*m* dicta *crist*ina intraui|mus pomeriu*m* [2]) cenaculo adiunctu*m* et, me ad petici|one*m* eo*rum* qui affu-
5 eru*n*t exponente, *quod* de uirginibu*s* can|tatur: »post te canentes cursita*n*t»; et magnitudine*m* lati|tudine*m*que [3]) celi probante *per* illud: »o isra*el*, qua*m* magna est do|mus dei;» et *per* opinione*m* tholomei [4]), qui dic*it* omnes | stellas equali tempore equale spaciu*m* pertransire nullam|que esse alia*m* causa*m* [5]),
10 quod luna transit circulu*m* suu*m* XXVII | diebu*s* et stella, que dicitur fixa, XXXVI milibus [6]) annorum, | nisi diuersa*m* latitudine*m* circulo*rum* suo*rum*, esseque tanta*m* | differenciam [7]) inter spherarum latitudines i*n* quantitate continu|a, quanta est in
15 quantitate discreta inter [8]) XXVII | duodecies multiplica|tum [9]) et XXXVI milia [10]), hoc audito [11]), quod XXVII duodecies sumptum non perficit [12]) anni sola|ris [13]) numerum dierum — (42) puelle *et* qui [14]) circa *crist*inam sederu*n*t, | postquam hec dixera*m*, eam modum uite humane [15]) mente excessisse in|uenerun*t* [16]); eramu*s* autem in modum corone simul conseden|tes, persone circa
20 numerum duodenarium. Interrupto | ergo uerbo propter insolitum euentum, *qui* contigerat [17]), quem *qui*|dam ex nobis [18]) non uiderant prius, cepimu*s* omnes modum | illius euentus et circumstancias considerare. Nescio, quo | nomine quod uidi debeat uocari, nisi quod a clericis, qui af|fuerunt, audiui, quod
25 raptum illud nominare consueuerunt. | Modum *ergo* dicti raptus, si ita debeat dici, considerans, eun|dem inueni, quem supra

[1]) corr. posuit in. [2]) AS pomarium. [3]) AS om. latitudinem. [4]) AS Ptolomei. [5]) corr.; pr. m. curam. [6]) liber milia. [7]) pr. m. diffenciam. [8]) inter dittographia scr. est. [9]) liber, qui exhibet duodecies multiplicato, haec uerba subiungit uocibus hoc audito u. seq. [10]) AS inter XXVII [dies] et XXXVII millia [annorum]. [11]) AS addito, non male. cfr. p. 26, u. (2 et) 23. [12]) AS; liber perspicit. [13]) AS om. anni solaris. [14]) corr. add. *et*. [15]) liber eo modo uita (corr.; pr. m. uite) humana. cfr fol. XIIr[a] u. 19. [16]) AS Postquam hæc dixeram puellæ quæ circa Christinam sederunt, eamdem mente excessisse humana invenerunt. [17]) corr.; pr. m. *que contigerant*. [18]) corr.; pr. m. uobis.

Digitized by Google

nunc deo pro suis | beneficiis regraciabar, nunc de meis de- 5
fectibus in conspectu domini [1]) | humiliabar. In uigilia autem
beati petri martyris de ordine | predicatorum uocatus fui ad
portam, quod michi perraro [2]) conti|git, et inter ceteras per-
sonas, que michi loquebantur, eciam pre|dictam cristinam uidi
et salutaui; que ob deuocionem festi in | coloniam uenerat 10
ad ecclesiam fratrum uisitandam, ut partici|pacionem indul-
gencie [3]) reportaret. cum ergo dixissem, quod | frater mau-
ricius me rogasset, ut aliquibus diebus cum | eo exirem, ro-
gauit nos ambos, ut ad uillam, in qua ma|nebat, declinaremus;
quod et factum est. Nam in uigilia sancte | crucis ad eam 15
uenimus et tam ab ipsa quam ab aliis uilla|nis recepti fuimus [4])
benigne. In crastino autem, hoc est | in die sancte crucis,
cum, facto prandio, coram pluribus gradus con|templacionis
secundum ricardum de sancto uictore exponerem, aduerti |
ego cum aliis, quod cristina [5]) in mirabilem deuocionem et
exul|tacionem per predictos gradus fuit deducta In tantum, 20
quod | gaudium suum non poterat occultare, quin illud uerbis
et | gestibus manifestaret. Facta autem collacione, cum pla-
cuis|set pluribus, qui aderant, ut modicum deambularemus [6])
ad | quandam aquam, contigit [7]), duobus et duobus [8]) simul
quasi in pro|cessione euntibus, me cristinam associare. (41) 25
Dum autem sic ire|mus et de dei dulcedine tractaremus, inter
cetera quesiuit | cristina a me, quare quidam sacerdotes diucius
25a nota bona exempla. celeriusque alii [9]) | celebrarent. at ego respondi
per similitudinem: qui manum | plenam semine
papaueris proiceret in os suum et singulorum | dulcedinem 30
uellet degustare, oporteret eum diucius mas|ticare quam qui
grana integra deglutiret; sic qui singu|lorum uerborum mel-
lifluorum in canone positorum suauitatem wlt [10]) sen|tire,
necesse est eum in quolibet uerbo aliquam morulam con|tra-
here in proferendo. placuit ei solucio et secundam mo|uit 35
questionem dicens; »Bone frater petre, non displice|at tibi,
quod a te quero: quomodo est tibi, cum celebras?« | et ego

[1]) AS eius. [2]) liber per raro. [3]) infra indulgencie linea ducta est.
[4]) liber fuerimus. [5]) corr.; pr. m. cristinam. [6]) liber de ambularemus.
[7]) liber contigit ut. [8]) AS om. et duobus. [9]) AS diucius aut celerius
quam alii. [10]) corr. add. wlt.

Digitized by Google

respondi: »Bene et optime». Quod cum dixissem, u|trumque genu in terram fixit et quasi se totam in [1]) terram inclinan|do
40 VIr' coequauit. cum autem surrexisset et ad hospicium, ||| de quo exieramus, reuersi fuissemus, inuenimus | ante nos duos fratres, henricum de beitbur et socium | eius. cum quibus cum cenassemus, cum dicta cristina intraui|mus pomerium [2]) cenaculo adiunctum et, me ad petici|onem eorum qui affu-
5 erunt exponente, quod de uirginibus can|tatur: »post te canentes cursitant»; et magnitudinem lati|tudinemque [3]) celi probante per illud: »o israel, quam magna est do|mus dei;» et per opinionem tholomei [4]), qui dicit omnes | stellas equali tempore equale spacium pertransire nullam|que esse aliam causam [5]),
10 quod luna transit circulum suum XXVII | diebus et stella, que dicitur fixa, XXXVI milibus [6]) annorum, | nisi diuersam latitudinem circulorum suorum, esseque tantam | differenciam [7]) inter spherarum latitudines in quantitate continu|a, quanta est in
15 quantitate discreta inter [8]) XXVII | duodecies multiplica|tum [9]) et XXXVI milia [10]), hoc audito [11]), quod XXVII duodecies sumptum non perficit [12]) anni sola|ris [13]) numerum dierum — (42) puelle et qui [14]) circa cristinam sederunt, | postquam hec dixeram, eam modum uite humane [15]) mente excessisse in|uenerunt [16]); eramus autem in modum corone simul conseden|tes, persone circa
20 numerum duodenarium. Interrupto | ergo uerbo propter insolitum euentum, qui contigerat [17]), quem qui|dam ex nobis [18]) non uiderant prius, cepimus omnes modum | illius euentus et circumstancias considerare. Nescio, quo | nomine quod uidi debeat uocari, nisi quod a clericis, qui af|fuerunt, audiui, quod
25 raptum illud nominare consueuerunt. | Modum ergo dicti raptus, si ita debeat dici, considerans, eun|dem inueni, quem supra

[1]) corr. posuit in. [2]) AS pomarium. [3]) AS om. latitudinem. [4]) AS Ptolomei. [5]) corr.; pr. m. curam. [6]) liber milia. [7]) pr. m. diffenciam. [8]) inter dittographia scr. est. [9]) liber, qui exhibet duodecies multiplicato, haec uerba subiungit uocibus hoc audito u. seq. [10]) AS inter XXVII [dies] et XXXVII millia [annorum]. [11]) AS addito, non male. cfr. p. 26, u. (2 et) 23. [12]) AS; liber perspicit. [13]) AS om. anni solaris. [14]) corr. add. et. [15]) liber eo modo uita (corr.; pr. m. uite) humana. cfr fol. XIIr' u. 19. [16]) AS Postquam hæc dixeram puellæ quæ circa Christinam sederunt, eamdem mente excessisse humana invenerunt. [17]) corr.; pr. m. que contigerant. [18]) corr.; pr. m. uobis.

Digitized by Google

in secunda uisitacione exposui, et | eundem reuertendi ad se modum, hoc superaddito, quod dif|fusio miri odoris et suauissimi omnes presentes et cir|cumsedentes letificauit et ad stuporem prouocauit. MAn|sit autem in hac deuocione a solis occasu fere usque ad | ortum · diei et supradicto modo ad seipsam rediit. MA|ne autem facto, eam salutauimus et sic recessimus, termina|taque in hoc quinta [1]) uisitacio. |

(43) Sexte uisitacionis hic erat [2]) modus: in fes|to pentecostes, cum de mandato prioris colo|niensis uenissem in stumbele in uillam, ubi cristina ma|nebat, cum fratre gerardo de grifone, cuius supra men|cio habita est, et ipsa cristina in missa post omnes com|municantes communicasset, cum summa deuocionis reue||rencia, nullis tamen [3]) motibus uel gemitibus uel singultibus | forinsecus ostensis, et iuisset ad partem orientalem al|taris et se inter murum ecclesie et altare collocasset, man|sit ibidem usque longe post completorium. DIsposicio autem | sua talis erat: ad truncum unum quasi sedens in oracione | iacebat et quasi iacens sedebat, sicut mos est colonie parti|bus beginis [4]) orare; faciem peplo opertam habebat et | pallio [5]) manus. INsensibilis autem omnino sic erat, | quod nullo sensu senciebat, et toto corpore indurata | eo modo, quo supra in secunda uisitacione est explana|tum, hoc addito, quod longior fuit mora excessus et odor suauissimus per totum presbiterium est diffusus. cum | ergo tempus uespertinum aduenisset et, uesperis com|pletorio [6]) addito, inciperemus: »Ecce nunc benedicite | dominum, omnes serui domini» [7]), — ecce liber cristine, quem ei uio|lenter in die conuersionis apostoli pauli, ut supra | dictum est in uisitacione tercia, demon abstulerat, ue|nit uolans ab occidentali parte ecclesie, plerisque qui in ec|clesia fuerunt uidentibus, et ad parietem orientalem sanctu|arii, ubi cristina iacebat, adeo ualide est percussus, quod | propter strepitum omnes psalmodiam dimisimus, respicien|tes nos

α modus communicandi.

γ Dæmon in templo publice librum Christinæ ablatum proijcit.

[1]) AS est quinta. [2]) hic erat, bis scriptum, priore loco paene erasum est. [3]) corr. e. tamen. [4]) AS est Beginis in Coloniæ partibus. [5]) corr.; pr. m. panulo(?). [6]) AS vesperis (absolutis in) Completorio. [7]) liber dominum.

Digitized by Google

mutuo, ignorantes, quid accidisset. putabam [1]) | autem quod scolares, qui ex opposito mei sedebant, id est a parte | meridionali altaris, aliquid inter se ex leuitate proiecis|sent, donec libellum ante pedes meos proiectum aspexi; quem | tamen tollere dissimulaui, expectans pluriu*m* testimo|nium. (44) cum [2]) ergo plebanus ultra fratrem Gerardum, qui medius | inter nos sedit, ad me oculos conuertisset, uidit librum in | sacculo suo in pauimento iacentem et alta uoce incla|mans dixit: »Frater petre, tolle librum». Nouit enim librum. | quem scripserat, et sacculum, quem sepissime uiderat. | Iacuit autem liber ante omnium nostrum prospectum [3]); quem | cum extenta manu accepissem — adeo enim prope me cecidit et | iacuit, quod non erat opus surgere pro eius accepcione — et eum [4]) | plebano porrexissem eciam sedendo propter mei ad eum uicini|tatem, uidens eum more patrie sue Iurauit, dicens: »per ani|mam patris mei, iste est liber *cristine*». Erat autem sacculus | totus madidus ac uilissimo fetore, ac si in cloaca ia|cuisset, perfusus. librum ergo extraxit et extremam partem | camisie sue inuenit madidam, sed librum ipsum totali-
VIv' ter ‖ illesum et optime conseruatum, cui nec fetor eciam inerat | memoratus. cum ergo uidissemus hec, et stupore simul ac | feruore quodam perfusi fuissemus, completo psalmo, quem | obmiseramus, incepimus alta uoce hymnum: »veni creator;» | quem adeo sollempniter fuimus persecuti, ut omnes audientes, | qui tamen ignorabant, admirabantur [5]). plures enim affue|runt, quia ecclesia plena populo esse uidebatur. Dicto ergo | completorio et facto a fratre Gerardo sermone ad populum, | idem frater Gerardus librum, [6]) quem a plebano ante sermonem sump|sit, cum sacculo posuit ad olfaciendum [7]) sacculum [8]) ante | nares quarundam personarum, que prius *cri*stine detraxerant, et | sacculum recognoscentes fetorem horruerunt, et pluri|me ex eis de preterita detractione penituerunt. sub hiis | omnibus *cristina* omnino iacuit immobilis et supradicto | modo insensibilís in sua deuocione. (45) cum

[1]) pr. m.; corr. (et AS) putabamus. [2]) corr.; pr. m., ut uidetur, sum. [3]) corr ; pr. m. prospectui. [4]) AS cum. [5]) ita liber. AS admirarentur. [6]) AS add. (librum). [7]) l est in ras.; fuit fortasse ollf-. [8]) hoc sacculum nescio an sit eiciendum.

Digitized by Google

autem nos solos [1]), qui | in presbiterio fuimus, dum hec agerentur, predictorum crederemus | esse conscios, et quilibet alii diceret, ut pro secreto quod uide|rat teneret, egressi ad cenandum in uillam audiuimus | quasi publicam non solum fabulam, sed et famam, et de supra|dicta libri proiectione plerorumque ora loquebantur; et cum ab | aliquibus eorum quereremur [2]), vnde scirent, dixerunt: »ceci adeo non | fuimus, quod non potuimus librum ante oculos nostros uo|lantem uidere:» et motum, quo liber uolauit, quem solos | nos scire credebamus, ab eis didicimus. dicebant enim, quod | uiderunt librum uenientem, quasi proiectus fuisset ab hostio | occidentali, per totam ecclesiam, donec ei occurrisset paries | orientalis; ad cuius concussionem strepitum fecit supra|memoratum, quod nos ignorauimus, qui sedimus in pres|biterio. quatuor autem diebus post hoc ibidem [3]) per|actis, ad domum fratrum fuimus reuersi, in quibus et | post quos nichil uerius aliud, quamuis inuestigauerim [4]), | potui percipere de premissis. per predictum autem festum | cordibus nostris inerat gaudium speciale, dico autem ple|bani, fratris gerardi et meo, quod ex signis et uerbis e|orum conieci; facile enim erat probare, quod uisu apparuit. |

(46) De premissis et aliis plurimis | rumor ortus plurimorum aures perculit, quorum | oculi et [5]) supradicta non uiderant. erat autem [6]) tunc temporis co|lonie studens pro prouincia tuscie frater albrandinus, uir | litteratus et bonus predicator, qui, rumoris fama predicti ‖ commotus, rogauit 40 VIv me, ut eum ad cristinam deducerem. pu|tauit enim ei esse me familiarem, quia sciuit me eam sepius | uisitasse; et uere sic erat, ut opinor: noticiam enim uilla|norum acquisieram aliqualem et precipue apud dominam uille, | uidelicet abbatissam sancte cecilie. licencia ergo accepta per | fratrem albrandinum a priore et me sibi dato in socium, in | die beate marie magdalene uenimus — non curiositatis | causa, sed deuocionis, — in uillam, ad quam ire intendebamus, et tem|-

[1]) ita AS (cfr. u. 9). liber soli. [2]) corr.; pr. m. queremus. [3]) ibidem etiam inter autem et diebus positum est. [4]) pr. m. inuestauerim. [5]) AS om. et. [6]) corr. uoces transposuit; pr. m. autem erant.

Digitized by Google

pore officii uespertini ecclesiam intrauimus. quo completo, | mutuo nos salutauimus et post hec ad [1]) hospicia destina|ta singuli reuertebamur [2]), sed et post illam horam domina [3]) ab|batissa cum suis puellabus uillam intrauit. In crastino | autem, mane facto, cum ad ecclesiam uenissemus et dominam | abbatissam cum missa expectaremus, iui in ecclesia [4]) ad cristinam | et salutaui eam, et inter cetera que- siui ab ea, quomodo ha|beret. et respondit: »debilis sum in capite, quia in XIIII:or die|bus et noctibus non dormiui». et rogauit, ut pro ea dominum | orarem, et addidit, causam uigiliarum tantarum exponens: »quando | depono me [5]) in lectum ad dormiendum, tantus calor me inuadit, | ac si ponerer in aquam bullientem; vnde et corpus meum totum | est plenum pustulis, erumpentibus propter calorem: et hec necessitas | uigilandi» [6]). consolabar ergo eam, quantum sciui et tunc po|tui, et ad pacienciam hortabar [7]) et presbiterium intraui, ea re|licta, et audiui unam missam pro defunctis, et aliam dixi | de angelis secundum consuetudinem meam. erat enim secunda feri|a, in qua de angelis solebam celebrare, nisi aliqua legi|tima causa impediret. Memor autem peticionis cristine et me|e promissionis, memoriam sui habui specialem. (47) Dictis autem | missis et facto prandio cum domina abbatissa, institit frater | albrandinus plebano, ut secum uellet ire ad cristinam, uisi|tandi eam gracia. quod cum factum esset et domum, in qua erat, in|trassemus, inuenimus eam in lecto iacentem et, ut uide|batur, dormientem. que cum ad uocacionem [8]) plebani sur|rexisset et nobiscum sedisset, adeo cogitacionibus occupabatur, | quod uix attendit loquentibus sibi respondere. quod aduer|tens, dixi ei: »quid tibi est, quo sic occuparis?» Respondit: | »somnium uidi, dum dormiui, et circa illud occupor». et | michi roganti, ut illud michi diceret, respondit: »non est necesse, | quia oculis tuis eius uidebis inplecionem». Dixi: »narra michi, | quod uidisti, et dico ego eciam tibi sompnium, quod

per 14 noctes et dies impeditur a somno.

[1]) corr. add. ad. [2]) AS evertebamur. [3]) ita AS; liber dum exhibet. [4]) AS in ecclesiam. [5]) me add. corr. [6]) pr. m. uigilia; corr., ndi supra positis, uigiliandi effecit. AS vigilandi. [7]) pr. m. orta; corr. ortabar. [8]) liber aduocacionem.

Digitized by Google

ante octo ||| dies uidi». respondit: »partem ei*us* tibi dicere 40 VIIr[1]
posse*m*, si esse*t* [1]) necesse; | sed totu*m* nulli umqu*am* dica*m*
uiuenti». et in hoc collacio | terminata est, quod nec ego ei
dixi meu*m* sompniu*m*, nec ipsa | suu*m* michi reuelauit. (48) ante
ergo tempus uespertinu*m* ab ea | recedentes, cu*m* uesperas dixis-
sem*us*, superuenerunt alii duo | fratres, constudentes fratris
albrandini, de colonia, uidelicet frater | baldwinus de flandria
et frater mauricius de reualia, | prouincia dacie; et facta cena
cu*m* domina ceua, dicta abbatis|sa de sancta cecilia, quia
mater quasi fratru*m* erat et precipue [2]) | benefica, uirgo ho-
nesta et per omnia bone fame et etatis ad modu*m* prouecte,
ibat domina abbatissa ad campu*m* | pro deductione cu*m* suis
puellis et domicellabus. quam et | nos fratres quatuor ad
peticione*m* suam sequebamur. erant | autem domine de ordine
suo sex, uirgines nobiles et bene | litterate, quas dominas no-
minauerim pro professione, sed domicellas pro nobilitate et
quarundam [3]) iuniorum [4]) etate. conple|ta autem deambula-
cione, domina abbatissa in colle quodam ante | suam curiam
super sedem resedit, circa quam et nos fratres et | dicte do-
micelle resedimus. inter cetera autem, que hinc inde | dicta
fuerunt, dixit plebanus domine abbatisse: »domina, ecce in |
presencia uestri sunt quatuor studentes litterati de ordine pre|-
dicatorum, diuersarum prouinciarum; dicatis eis, ut aliquam |
questionem [5]) theologicam coram nobis tractent». qua ne
uocante, non | propter sciencia*m*, sed quia mei maiorem ha-
buit noticia*m*, et | mandante, ut de aliqua questione conferre-
mus, roga|ui eam, ut nos supportaret. timui enim, ne inde,
ut as|solet, fieret tumultus inter disputantes. et cu*m* peticio|-
ne*m* mea*m* non acceptaret, quia curiositas quedam ea*m* mo|uit,
quia numquam disputancium audierat collacione*m*, | uocatis
sociis, proposita est dubitacio a domina abbatis|sa ad instinc-
tum domini [6]) plebani, utrum plus fuit, quod dominus | com-
misit petro, ecclesiam, an iohanni, cui commisit uirginem |
gloriosam matrem suam. (49) et cu*m* frater albrandinus, inter
nos | senior et in patrimonio beati petri natus, staret pro

[1]) AS est. [2]) liber (et AS) precipua. [3]) liber quorundam, quod ediderunt AS. [4]) ita AS; liber in morum. [5]) AS add. [quæstionem]; cfr v. 27. [6]) liber donum.

Digitized by Google

petri | dignitate et ego pro iohannis puritate et familiarita|te, et argumenta et soluciones eorum hinc inde persona|rent, adiuuantibus nos aliis constudentibus nostris du|obus predictis: ecce subito puella currens et gemens | uenit et plebanum uoce sedula uocitauit, dicens | et rogans, ut ueniret. et cum omnes opinaremur [1]), ut ‖ eum [2]) ad aliquem infirmum, cui mors 40VIIIr imineret, uo|caret [3]): cum ipse ad eam uenisset et negocium intellexis|set, alta uoce me uocauit et ut, assumpto socio, | uenirem celeriter, rogauit. tractatu ergo ob|misso et fratre albrandino socio assumpto, cum ad | eum uenissem, dixit michi: »Diabolus proiecit cristinam | in cisternam luto plenam, et timeo, quod submerget eam, | nisi cito ueniamus». quo audito, cucurri, quan|tum potui, ita ut aspicientes in uia mirarentur, [4]) | omnesque [5]) qui me sequebantur preueniens, inueni | cristinam in luto inmundissimo totam, excepto capi|te, inmersam [6]), quod hilla de monte, in sola camisia et pel|liceo sine manicis, nudis pedibus stans, sustenta|uit. erat autem lutum usque ad genua; in quod cum | calciis insiliens, conabar eam cum hilla leuare de lu|to; sed non preualui, donec dominus plebanus et frater al|brandinus superuenerunt. extracta autem ea de luto, | exui me cappa mea et proieci super stramina, et | eam super eam posuimus, et domum intrauimus, ut | a superuenientibus negocium occultaremus; qui propter | celerem cursum nostrum et inusitatum admirati nos | fuerant secuti. illis autem ad propria reuersis et ni|chil de casu [7]) intelligentibus, cristinam in domum depor|tauimus ita, ut frater albrandinus caput sustenta|ret, ego humeros portarem et brachia, puelle autem | pectus et membra, que sequebantur, que aderant, deferrent [8]). (50) cum | autem eam in lectum collocassemus, erat omnino insensi|bilis supradicto modo, ut

Dæmon christinam in sordidissimum locum proijcit.

[1]) corr.; fuit oprim . . . (?) [2]) AS quod pro ut eum. [3]) AS vocaretur. [4]) corr.; pr. m., ut uidetur, mutarentur. [5]) liber (et AS) omnes quia. [6]) hoc inmersam AS ante in luto ponunt. quod ad uerborum ordinem attinet, cfr p. 16, n. 9. [7]) rasura unius litterae inter a et s, quod a corr. restitutum esse uidetur. [8]) ita liber. scilicet que aderant respiciunt puellas, ad membra autem pertinent que sequebantur. AS: puellae autem quae aderant pectus et membra deferrent, ceteris omissis.

Digitized by Google

in secunda uisitacione et quinta est | declaratum, excepto eo, quod corpus suum non fuit tactu | durum uel induratum. et per totum tempus, quo in luto | iacuit, et quo deportata fuit, sic insensibilis manse|rat. cum in lecto ad dimidiam horam iacuisset, ad | se quasi ex quodam defectu sine premissis gradibus cepit | redire et statim amarissime flere, et hiis uerbis, quan|tum aduertere potui, conquerendo ualde submisse lo-que|batur domino: »karissime et amantissime domine, dulcissime spon|se, tantam honestatem de te audiui et tantam bonita|tem in te sum experta, quod non credidisse*m*, quod me, mise|ram et abiectam ancillam tuam, permitteres ad tantam | ignominiam peruenire, ut uirorum manibus trac‖tarer et por-40 VIIIv' tarer. super [1]) omnia michi graue est sic con|fundi. perfacile [2]) michi esset quidquid me preciperes pati, eciam | quantumcumque graue sentiretur, quod, te solo teste conscio, | me contingeret sufferre; verumptamen, dulcissime, omnem | confusionem et uerecundiam, que [3]) michi umquam euenire preci|pis, pro tui nominis amore [4]) non contempno. fac de ancil|la tua, precor, dulcissime domine, quidquid tibi placet: honorabile debeo iudicare quidquid de me facere decreueris». | uerba hec et multo plura cum tanto dixit pondere et cor|dis deuocione et lacrimarum effusione, quod puto ne|minem affuisse, qui ad lacrimas non fuerat [5]) prouocatus. | post hec ergo uerba et plurimas effusas lacrimas quesi|ui, cur sic turbaretur. respondit: »mirari non debes | de mea turbacione. quomodo enim me decuit manibus | uirorum tractari et portari?» et cum eam consolarer per hoc, | quod in ea nichil indecens sit uisum uel gestum, consolacionem | meam non acceptauit, sed dei ordinacionem in omnibus | magnifice commendauit. prouiderat autem diuina | clemencia, quando eam dyaboli seuicia et malicia pro|iecit, quod totaliter fuit decenter cooperta, ita quod in ea | nichil nudum aparuit, neque eciam facies neque manus. erat enim induta tunica alba, que ultra pedes exten|debatur, qua ad carnem uti solebat. caput et collum | peplo tegebantur, quo et manus ante faciem

[1]) AS Supra. [2]) liber per facile. [3]) ita liber. AS quam. nescio an que neutr. pl. ferendum sit pro quas. [4]) corr.; pr. m. amorem. [5]) AS fuerit, iure, opinor.

Digitized by Google

eleuate | erant inuolute. sic ergo eam in lecto dimisimus ia|centem et ad hospicium nostrum cum plebano sumus reuer|si. (51) in crastino, id est in die beate cristine et in uigilia beati ia|cobi apostoli, fratres omnes predicti cum plebano reuersi, quos | et ego sequebar, cum eam salutassent, benigne eis res|pondit. inter cetera autem quesiui ab ea, quid [1]) priori | die uiderat. dixit: »hoc ipsum uidi inter alia [2]), quod poste|a sum experta; non tamen [3]) putabam, quod adeo cito michi hoc debe|ret euenire». cui ego respondi: »michi eciam ante octo noc|tes, in dormitorio fratrum, dum dormirem, uisum est quod [4]) et te de aqua extra|herem et totam madidam inter brachia mea deportarem». | hiis dictis iuimus ad ecclesiam pro missis [5]) dicendis, et post | missam [6]) fratris albrandini celebraui ego missam de spiritu | sancto; et cum memoriam facerem cristine afflicte et proiec|te, datus est michi ymber lacrimarum cum inexperta quadam | cordis dulcedine, quantam [7]) numquam prius in tota uita mea‖ sensi. dum autem hec fierent, plebanus ibat ad communican|dum dictam cristinam. expeditis autem missis, institit michi frater | albrandinus, ut iremus et cristinam uideremus; audierat | enim, quod post communionem solebat mente supradicto modo ex|cedere et indurata corpore [8]) iacere. factum audierat, sed nondum | intellexerat modum. quem hoc modo datum est ei uidere. ad | instanciam ergo suam, quo peciit, ibamus; et dum ille in uia | sepem scanderet, nescio quo casu manum meam sinistram | aspexi et tria [9]) rubea signa paruula in ea consideraui, que | prius numquam conspexeram; quorum duo adhuc usque ma|neant [10]), cum iam undecimus annus uertatur. quorum signi|ficacionem aliam nescio, nec tunc aliam sciui, nisi pro quo|dam data michi fuissent memoriali, scilicet, ut memor essem | persone, in qua dominice passionis expressissima uideram | uulnera. ex uisis ergo stupefactus [11]), sed in corde leti-

VIIv[2] 7

post communionem christina excessum mentis patitur.

[1]) liber quod. [2]) AS in alia. [3]) corr. e tamen. [4]) AS inserunt [visum est, quod in cisternam cecideras]. [5]) corr.; pr. m. promissis. [6]) ita AS. liber missas, e praecedente num. pl. [7]) liber (et AS) quantum. [8]) AS indurato corpore. [9]) liber; AS ita. [10]) liber; AS manent. [11]) corr.; pr. m. -factis, ad similitudinem uocis praemissae uisis.

Digitized by Google

ficatus | et animo quodammodo certificatus sum, quod | a domino erat [1]), quod sic circa cristinam sincera quadam dilecti|one afficiebar [2]). omnino tamen [3]) omnibus mortalibus il|lud secretum occultaui, donec post tres annos, sine | scitu meo, illud cuidam persone deus reuelauit, cui numquam | tanti secreti dedi cognoscendi occasionem. (52) ut ergo | quo modo hoc contigit obmittatur et [4]) negocium | prosequar inchoatum [5]), domum intrauimus, in qua cristina fu|it, quam frater albrandinus uisitare et uidere uolebat. | intrantes autem inuenimus eam in lecto iacentem, faciem pe|plo uelatam habentem, tam inmobilem, ut nec spirare eam | potuimus [6]) aduertere; totum autem corpus reliquum suum co|opertorio lecti erat decenter [7]), licet pauperi modo, contectum. post | quam ergo, cum reuerencia stantes in pauimento, hoc consideras|semus, frater albrandinus ad lectulum suum accessit et hume|rum suum tetigit, ut, an induratus esset, ut sibi fuit dictum, | experiretur. et cum sensisset, quod non erat ultra modum hu|mani corporis induratus, conuersus ad me cum indignacione | prorupit in hec uerba — erat enim homo multum feruidus —: »frater | petre! mendacium est, quod de ista puella michi est relatum, | quod in tantum rapiatur, quod corpus eius induretur». cui respon|di, ut modicum expectaret, quia nondum uenit hora il|la iuxta solitum. solebat enim mora ad modum longa | intercidere inter communionem et corporis induracionem [8]), quod | frater albrandinus ignorabat, et ideo turbatus recede|||bat, conquerens [9]) falsum sibi fuisse relatum; quod michi | satis displicuit. facto ergo prandio in nona cum domina | abbatissa, iterum frater

15 20 25 30 35 40 VIIIr[1]

[1]) liber quia a domino erat quod a domino erat, sed priora illa quia a domino erat lineis inducta sunt; quae uerba retinuerunt AS., eiectis quod a domino erat. [2]) corr.; pr. m. -bat. [3]) corr. e tamen. [4]) liber ut ergo hoc obmittam et quo (corr.; pr. m. que) modo etc.; uerba hoc ob|mittam ad obmittatur et usque non agnoscunt AS. [5]) corr.; pr. m. inclinatum. [6]) AS. potuerimus. [7]) AS. decenti. [8]) ita pr. m.; corr., inter lineas additamenta ponens, hanc uerborum coniunctionem effecit: solebat enim alliqua<n>do mora ad modum longa intercidere, alliquando breuis, inter communionem et corporis induracionem. additis uix opus est, quin contraria sunt praemissis iuxta solitum u. 22. AS, praeterquam quod aliquando utroque loco exhibent et intercedere (cfr tamen p. 5, u. 28), correctorem sequuntur. [9]) AS mendo typoth. conquirens.

Digitized by Google

albrandin*us* me solicitauit [1]), ut | *crist*inam uisitarem*us*. dixi q*uo*d nolle*m*. tande*m* t*am*en [2]) ad ni|miam [3]) instanciam ei*us*, assumpto plebano, sum*us* reuer|si, et eam eodem m*o*do, quo ad situm corp*o*ris, ut p*ri*us, i*n*|uenim*us* iacentem, faciem con-uersam ad p*a*rietem haben|tem. Posuit ergo se frat*er* albrandin*us* ad caput | lectuli eaque [4]) *que* fieba*n*t examinauit. cum autem nullum | i*n* ea signum uidisset, *sed* nec spiracionis motum uel sonum | p*er*cepisset, posuit iterum manum suam sup*er* humerum ei*us* | et tantam duriciam uel rigiditatem sensit, ac si mortua | fuisset; et cepit ille ex illa induracione, quam tetige|rat, ad cordis molliciem peruenire. (53) cum ergo sic taciti | diuci*us* sedissem*us*, *crist*ina aliquantulum ad se reuersa, hoc | est non ad particularium sensibilium cognicionem, *sed* ad spiritus | adtractionem et corp*o*ris mocionem, sinistram [5]) manum, | palma aliquantulum aperta, extendit, quod frater albrandi|nus plurimum desiderauit intueri [6]). Respexit ergo | et in medio palme ei*us* uidit crucis figuram pulcher|rimam, cum floribus adornatam, qualem descripsi supra, uisita|cione tercia; et cepit ex uehemencia commocionis cordis | subito alta uoce clamare: »heu me infidelem! heu me | infidelem! qui umquam ausus fui tante sanctitati derogare! | Numquam talia uidi nec narrantibus credidissem, si uidere | datum michi non fuisset. heu me! quid [7]) in tantam prorupi insa|niam, ut tante sanctitati derogarem? vere totus mundus nec | scit nec potest talem facere crucem«. cum ergo hec et simi|lia sepius ex corde maximo motu . . . [8]), omnes qui affuimus | habundantissime fleuimus propter deuocionem eius, qui prius | non crediderat, et propter mirabilia dei, que intuebamur, | ipse autem frater albrandinus usque ad tempus uesperti|num continue flebat, cum quibusdam [9]) uerbis nunc seipsum in|crepans, nunc dei magnalia commendans, incedens, quasi |

Frater Albrandinus uidet crucem in manu virginis.

[1]) pr. m., solitauit (?); corr. ci supra posuit. [2]) corr. e tamen. [3]) corr.; pr. m. minimam. [4]) AS et ea. [5]) liber et sinistram, sed et cum AS omisi. fortasse et seruandum est et u. 13 reuersa est legendum. [6]) liber uidere plurimum desiderauit intueri. [7]) legendum uidetur aut qui aut quod, neque interrogandi signum post derogarem ponendum. [8]) AS ex corde [diceret] maximo etc. [9]) ita AS.

Digitized by Google

spiritu esset inebriatus. cum autem ex deuocione manum
suam | posuisset circa manum puelle, ut signum crucis pre|- 35
dictum desiderabile et desideratum perfecte contemplaretur | —
erat enim pulcherrimum uidere signum sponsi in manu spon|se,
hoc est crucem dominicam in manu uirginea, et fa‖cile af- 39 VIIIr²
fectum aspiciencium in se conuertit, immo rapu|it totum —
cum ergo in hiis contemplandis albrandinus af|ficeretur, iterum
puella rapta est et extendit celeriter | manum suam ad pa-
rietem, sicque accidit, ut manus | fratris albrandini inter ma-
num eius et parietem adeo for|titer concluderetur, quod eam 5
omnino non potuit retrahere, | donec puella iterum ad se
reuersa manum suam contraxit. | (54) Tempore uero uespertino
adueniente, recessimus ab ea | et iuimus ad ecclesiam,
et in uia inuenimus abbatissam | sedentem in hostio domus
sue, que cristinam, quasi mater filiam, di‖ligebat et multum 10
ei benefaciebat. quesiuit, an | cristinam uidissemus. Re-
spondit frater albrandinus: »Mag|nifica et mirifica dei opera
uidimus hodie; Non cre|didi, quod talia fierent hiis temporibus«.
et narrauit | ei omnia memorata. cum autem uenisset ad
hoc, | quo modo manus eius fuit ad parietem conclusa, addi- 15
dit: | »uere tota illa conpressio non fuit naturalis. Nam si |
naturalis fuisset, omnino in manu premente sensissem | mo-
tum intensionis et remissionis in premendo; Nunc | autem hoc
non sensi, sed sic inmobiliter manum meam | detinuit, [1]) quasi 20
cum clauo me confixisset. Vnde hoc credo | fuisse supernatu-
rale«, et multum deum magnificauit. | In crastino facto pran-
dio et licencia accepta a domina | abbatissa, ut in [2]) coloniam
rediremus, intrauimus ad | cristinam, ut eam salutaremus, et
debilem eam inuenimus, | modum tamen uite humane com- 25
munem gerentem; a qua cum | inter cetera quesissem, quo-
modo hoc contigit, quod diabo|lus eam proiecit, respondit:
»In vigilia beate cristine, post|quam a me recessisti, inuasit
me tantus horror et | tanta cordis anxietas, quod mirabar, quid
michi acci|disset. vt ergo illud tedium a me expellerem, exui | 30

[1]) corr. huc inserenda inter lineas posuit sine dolore, si uerum uidi. (AS cum dolore). Nescio an ex exemplo suo, in quo fuisse mihi fingo quasi cum clauo siue dolone me confixisset, addita petierit librarius, qui uerba siue dolone praue et legit et collocauit. [2]) AS om. in.

Digitized by Google

tunicam meam superiorem et straui lectos sociarum | mearum; et cum hoc [1]) perfecissem, et dolor cordis nec sic qui|dem abscessisset, exiui camerulam, in qua eram cum so|ciabus, et flexi genua coram quadam cista, que sta|bat in domo maiori, prope tamen [2]) hostium hospicii, de | quo exieram. et cum sic orarem, ut deus tribulacionem | mitigaret uel pacienciam daret: ecce, subito ui|debatur michi quod per hostium orien-
39 VIIIv[1] tale maius domus || maioris nubes nigra et horribilis ingrediebatur | et ueniebat super caput meum. quid amplius circa | me accidit, nescio, donec aduerti me in lecto collo|catam». tali autem percepta [3]) racione, reuersi sumus in [4]) | coloniam. |

(55) Octava [5]) uisitacio hunc habuit modum: ante | festum omnium sanctorum [6]) plebanus inuitauit fratrem | albrandinum et me ad dictum festum; mira enim deuo|cione frater albrandinus circa cristinam mouebatur, et | libenter eam sepius uisitasset, si oportunitatem ha|buisset. hac ergo oportunitate obtenta, uenimus | in uigilia festi ante missam ad uillam intentam, et | benigne et humane fuimus recepti. cum autem ad | prandendum fuissemus uocati, requisiuit frater al|brandinus, ubi cristina esset, et dictum fuit ei, quod i|deo non uenisset, quia in deuocione et oracione esset, | quia in crastino proponeret communicare. placuit ei | excusacio. in crastino autem, omnibus secundum morem | festi usque ad uesperas completis, cum cristina in missa | post alios [7]) modo, quo supra dixi uisitacione VI:a [8]), com|municasset, ibat et posuit se inter altare et pari|etem templi orientalem; ut uidebatur, in oracione se [9]) col|locauit et ibi mansit in sua deuocione, cuius superius | modus est expositus, usque longe post completorium. dicta | ergo nona, dum ad prandendum [10]) iuimus, ecclesia super | eam serata fuit. facto ergo prandio, iuimus ad ecclesiam pariter cum plebano, ut aliquod [11]) edificatorium possemus [12]) uel uidere uel audire. cum ergo ad ecclesiam uenis|-

[1]) AS hæc. [2]) corr. e tamen. [3]) AS præcepta. [4]) AS om. in. [5]) Liber Septima; manus rec. supraposuit Octava. [6]) sanctorum addidit corr. [7]) corr; pr. m. alio. [8]) ita m. rec. in marg.; liber V:a; AS prima. uide supra p. 26, n. 11 sqq. [9]) AS. et (ut videbatur) se in oracione. [10]) AS prandium. [11]) liber; AS aliquid. [12]) AS; liber possimus.

Digitized by Google

semus et clausam eam inuenissemus et seratam, et custo|dem cum claui habere non possemus, mansimus ad horam | ante fores et ascultauimus; [1]) et ecce, uocem quandam audiuimus dul|cissimam, humanam tamen [2]), ut puto, sed non humano modo [3]) | formatam, in modo [4]) et dulcedine et subtilitate hu|manum modum excedentem: vnica tamen [2]) esse audiebatur | eratque modulacione ordinata, sed non in uerba distincta, adeo subtilis et dulcis, ut quasi sonus melleus [4a]) commix|tus esset cum uoce humana, quasi corde [5]) mellee in gutture | humano sonarent. huic simile uidebatur, quod audiui|mus. intrantes autem ecclesiam, nullum intus inuenimus || nisi solam 39 VIIIv[1]
cristinam, in loco, ubi eam dimiseramus iacen|tem, insensibilem eo modo, quo supra expositum est, et toto | corpore rigidam, pallio faciem habentem contectam. ad eam ergo | accedentes ascultauimus, si uocem predictam possemus [6]) au|dire; et post modicum aduertimus, quod sonus supradictus | audiebatur quasi in pectore esset [7]) cristine, nichilque ue|rius potuimus iudicare. et sic disposita mansit usque | ad officium uespertinum. (56). in crastino suscitauit dyabo|lus turbacionem magnam per matrem et sororem pleba|ni contra cristinam; cuius remedium frater albrandinus et | ego efficacius non inuenimus, nisi quod cristina ad tempus | in [8]) coloniam iret, et currenti [9]) cederet furori; hoc [10]) et factum est. | cum autem ego ad domum fratrum uenissem. incepi exa|minare mecum, cuiusmodi uox esset, quam audieram; et nul|li in scripturis similiorem inueni, quam »iubilo», secundum | illum modum, quo glosa [11]) super secundo [12]) iubilate exponit, inter | cetera dicens: »iubilacio uera [13]) fit corde et uoce, quasi si iu|bilat uox exterius, cor intelligat interius; iubilus est | sonus leticie sine uerbis, quia eis leticia non potest animi [14]) | explicari, quando uidelicet homo gaudens ex hiis, que non

[1]) AS auscultavimus. [2]) corr. e tamen. [3]) hoc uersu bis et quibusdam aliis locis (uelut p. 37, u. 24) corr. sine causa mō (= modo) in modo correxit. [4]) hanc uocem suspectam habeo; nescio an modulacione sit legendum. [4a]) AS hoc loco melle retinent, u. seq. melleæ exhibent. [5]) i. e. chordae. [6]) AS; liber possimus. [7]) post esset librarius incepit repetere in pec. [8]) AS om. in. [9]) currenti suspectum habeo. [10]) c est in ras.; AS quod. [11]) liber gloriosa. AS Glossa. [12]) ita AS; liber secundum. [13]) AS vero. [14]) liber; AS lætitia animi non potest.

Digitized by Google

possunt | explicari uerbis, erumpit in uocem quandam exultacionis | sine uerbis, ita ut appareat eum ipsa uoce gaudere, sed quasi re|pletum intimo gaudio non posse uerbis explicare, quod | gaudet». et infra: »iusti gaudent, uidentes mundo corde, quis | deus, quanta et quo ordine et quam mirifice fecit; vnde | exultantes cantant, et ista iubilacio est coronanda». |

(57) None uisitacionis | hic erat modus: ante aduentum domini modicum ue|nit pater *crist*ine carnalis ad me in [1]) coloniam, et duxit | me in capitulum fratrum, et loquebatur michi; premisit [2]) autem | salutacionis uerba, hunc modum continencia: »*crist*ina, filia tua, | te salutat», merorem quem animo gerebat non ualens dis|simulare, quin eum facie et gestu ostenderet. cui ego res|pondi: »noli sic dicere! te enim recognoscit patrem». respondit: | »negare non possum; attamen [3]) si erga nos aliqua moueris pie|tate, ueni et uisita nos; sumus enim in periculo constituti. sed sicut de te confidimus, non pigriteris nos consolari». que|siui, cur sic turbaretur, et dixit: »aduersarius nimis for|tis nobis aduenit, propter cuius seuiciam in periculo sumus ||| rerum et personarum». quod cum audissem, ad compassionem | commotus sum, quamuis letum uultum forinsecus ostendi; | sciui enim, quod grauibus tribulacionibus fuerat assuetus | et quod nisi ob magnam causam ad me non uenisset. fina|liter tamen dixi: »uade cum deo; dominus uos consoletur». ad quod uer|bum tristis abscessit. post octo autem dies rediit, uerba | similia prioribus referens, longe tamen [4]) cum maiori cordis | amaritudine et dolore et uultus tristicia. et cum simi|lem ei responsionem priori dedissem, secundo mestus recessit. | facto iterum interuallo sex dierum rediit et me sollicite | querens tandem inuenit. post uerba autem salutacionis se|cundum formam prescriptam satis lugubriter emissa [5]), adie|cit: »rogat te filia tua, ut ad eam uenias, sicut eam | in domino diligis; quod et ego et mater sua obnixe [6]) rogamus, | si non uultis, ut omnia nostra a demone incendio [7]) deuasten|tur». audiui uerba,

IXr[1]

[1]) AS om. in. [2]) AS præsumit. [3]) corr. ex attamen. [4]) corr. e tamen. [5]) ita liber recte; AS emissam. [6]) corr.; pr. m. obnoxe. [7]) ita pr. m.; corr. (et AS) a demone et incendio.

Digitized by Google

sed ipsis me plus modus prolacionis et tris|ticia proferentis [1]) ad conpassionem commouerunt, ET post | cetera dixi; »si licenciam habuero, libenter uos uisitabo». | QUO accepto responso, aliquantulum hilarior recessit. (58) cum | ergo hec fratri albrandino retulissem, commotus est cor|de et exarsit spiritu, et ambo communi sensu iuimus ad | fratrem hermannum de hauelbrech, [2]) qui tunc fuit prior colo|niensis, et dixit ei frater albrandinus: »REuerende pater, licet | nobis ire in stumbele et uidere mirabilia dei, que nobis nar|rantur, quod fiant in quadam puella ibidem commorante?» NO|uit enim, quod eorum fama ad eum peruenerat. at ille nobis | benignissime respondit; — erat enim uir mire mansuetu|dinis et excellentis benignitatis, omnium uirtutum decore | prefulgens, qui fuerat diu socius magistri ordinis iohannis pri|mi et decem prouincias cum eo uisitauerat, ut dicere interdum | solebat, et bis exstiterat in [3]) theutonica prior prouincialis —: | »KARissimi [4]) filii! optime uobis cupio, ut ad locum eatis [5]) predictum, | ut uidere dei magnalia possitis. TAnta de puella | eadem audiui mirabilia, quod libentissime ad ea uiden|da [6]) uobiscum irem, si michi uacaret [7]); sed uos dilectissimi, | qui iuuenes estis et de remotis partibus uenistis, | eatis et uideatis res mirabiles et edificatorias, | quas in partibus uestris, eciam in senili etate, possitis aliis | ad edificacionem pro tempore narrare. MULTum gaudeo, | quod in talibus delectamini et quod circa res divinas || et opera dei estis curiosi examinatores. IN solis enim | diuinis negociis sancta est curiositas et laudanda, | dum modo humilitati, ueritati studuerit et utilitati». [8]) | (59) ACcepta autem licencia, cum frater albrandinus fuisset | propter occupaciones inpeditus, assumpto fratre wiperto boemo, | de prouincia polonie, profectus sum, et cum longe post cre|pusculum ad locum, quem querebamus, uenissemus cum mag|na quidem cordis leticia, sed non sine afflic-

[1]) pr. m. ad proferentis. [2]) AS. Havelbrecht. [3]) est rasura inter exstiterat et theutonica. fuisse uidetur exstiteratum (sic) theutonica; quo in mendo inuenio lectionem, quam cum AS dedi (in theutonica scil. prouincia). [4]) corr.: pr. m. KArissime. [5]) corr.; pr. m. eratis. [6]) pr. m.; corr. (et AS) ad eam uidendam. [7]) corr. tempus add. [8]) in hiis corruptelam latere suspicor. AS dummodo studuerit humilitati, veritati et utilitati.

Digitized by Google

tione corporea | propter inminenciam pluuie et profunditatem uie, intrantes | domum, ubi cristina manebat, inuenimus in hospicio | cum ea dominum godefridum priorem de bruwilre [1]), nigro|rum monachorum de regula beati benedicti, uirum | fame per omnia bone [2]) et magne modestie et hones|tatis morum precipue, in tantum ut absque diminucione [3]) | sanctitatis ceterorum non recolo [4]) me de ordine suo uirum | uidisse tante perfectionis; cuius socius erat dominus cele|rarius eiusdem monasterii, uir prouecte etatis et mag|ne discrecionis, simul et commendabilis maturitatis. | ıstis adiunctus erat dominus iohannes plebanus de stumbe|le, cuius superius sepius habita est mencio, uir deuo|tus et tante castitatis, ut uirgo credatur obisse. hii | omnes sacerdotali officio fungebantur pariter et decora|bantur, quod iam exercuerant [5]) tempore longiori. sub horum | testimonio gesta sunt, que narro. ıngressi ergo hospi|ciolum cristine, inuenimus eam in lecto sedentem; non enim | ei licuit iacere propter instantes tribulaciones sine interpola|cione. et cum eam salutassemus et omnes secum commoran|tes, exiuimus ad ignem, qui ante hostium cameru|le [6]) ardebat, ut uestes nostras exsiccaremus. et cum | sic ad modicum tempus sederemus, et dominus celera|rius nobiscum sedens pedem ocrea calciatum | ad ig|nem extenderet: ecce subito, omnibus nobis [7]) uiden|tibus, percussus est cum stercore humano super ocream | ad latitudinem palme humane. (60) mirantibus autem | nobis qui de nouo aduenieramus et, quid ageretur. | ignorantibus, cum hoc dominus celerarius aduertisset, | dixit: »fratres, oportet nos ad talia assuescere». et mo|dico [8]) facto interuallo, audiuimus eos qui erant intra | camerulam inter [9]) se querulantes. cuius cum [10]) causam—quereremus, intellexi-
IXv[1] mus, quia demon secundum morem, ‖ quem toto aduentu exercuerat, cristinam defedasset. | quo audito, omnes qui extra fuimus, ex inopinato [11]) | euentu commoti, intrauimus et sic

[1]) AS Brunwilre. [2]) AS; liber uirum bone | fame per omnia bone etc. [3]) corr.; pr. m. diminucio. [4]) AS recolam. [5]) corr.; pr. m. exercuerat. [6]) AS eius camerulæ. [7]) AS nobis omnibus. [8]) AS medio. [9]) liber intra. [10]) ita AS.; liber tamen (i. e. tn̄ pro cū); cui particulae locus hic non est. melius, ni fallor, in sermonem Petri quadrarent haec: cuius querele causam cum quereremus etc. [11]) corr.; pr. m. inopinatu.

Digitized by Google

inueninus, ut nobis | fuit narratum. Ingressus autem posui me super terram | ante lectum cristine, domino priore Godefrido ad caput lectuli eius, hoc est ad orientem ex parte mei, et domino cele|rario ad pedes lectuli, hoc est ad occidentem ex par|te mei, positis, domino autem plebano a pari situ, hoc | est [1]) ad aquilonem, posito mecum. paries autem camerule | meridionalis . . . .[2]) hiis ergo custodibus signato lecto — qui | melius monumentum dici possit, — quorum quilibet non so|lum lectum, sed et personam in lecto manu contingere posset, [3]) | si esset necesse, quia prope omnes sederunt ET [4]) quantum ego | aduertere potui, demon cristinam plus quam xx uicibus | diuersis modis defedauit. hanc enim penam presentes pro | tempore illo solebant nominare defedacionem, eo quod per fe|tidissimam [5]) materiam, scilicet stercus humanum, infligebatur. | ET demon eam hac materia aliquando totam sub tunica perfu|dit; aliquando solam faciem [6]); aliquando in capite suo sub pe|plis quasi quandam pastam posuit [7]), ET — quod mirabilius ui|debatur — inter oculos et pupillas spissam inmundiciam | conposuit; aliquando eciam os eius predicta inmundicia in|pleuit; aliquando inter dentes eius eam adeo fortiter uel tena|citer inpressit, ut uix cum panno posset [8]) euelli et emun|dari. falsum dico, si hanc inmundiciam sic administratam | manibus meis de locis predictis non excepi. Mirabilis|simum autem uidebatur esse et fuit, quod, cum predicta ma|teria non sentiretur ab aliis nisi tepida, cristine tamen adeo | erat feruida, ut magne pustule in eius corpore ad | eius contactum orirentur. (61) cum ergo inter hec et multo plura, | que non occurrunt memorie, nox fuisset transacta, ad|ueniente die, domini prior et celerarius ad monasterium | suum redierunt; sed et temptacio predicta cum ortu diei | abscessit. hec siquis uidisset, dicere potuisset, quoniam [9]) opus | inmundi spiritus fuisset. Mane uero facto et missis a me | et [10]) socio

7 Dæmon christinam humano stercore exagitat.

[1]) est add. corr. [2]) AS erat meridionalis. [3]) liber (et AS) possit. [4]) AS deleuerunt hec et, quo posito scilicet existit anacoluthia quaedam, quae tamen a Petri elocutione abhorrere uix uideatur. [5]) liber; AS foedissimam; cfr. p. 43, u. 10. [6]) hoc loco liber (et AS) repetit perfudit. [7]) AS profuit (sic). [8]) ita AS; liber possit. [9]) ita liber; AS quantum. [10]) ita AS.

Digitized by Google

meo secundum morem celebratis, dies illa pertran|siit sine manifesta demonis molestacione et afflicti|one. post occasum uero solis, cum dies iam abscederet *et* nox | cum suis tenebris aduen*i*ret, rediit ille, qui ab eterna | et interna luce cecid*e*rat
40 IXv° in tenebras exteriores eter||nas, [1]) ille inmundorum operum 5
administrator, ut ab inmun|dicia operis in confusionem sui inmundus spiritus possit dici, | et secundum modum afflictionis prioris noctis cristinam mul|tipliciter, quo ad modum [2]) et numerum, defedauit, [3]) licet semper | cum materia prenomi*n*ata, quia non ex facili inuenisset feti|diorem. circa me- 10
diam autem noctem quesiui a cristina, si | demo- Videt continuo γ dæmonem.
nem uideret, cuius opera tam inmunda omnes qui aderant | tocien*s* et tam manifeste senserunt, non uno tantum, sed | pluribus sensibus. oculis enim poterant uidere, naribus ol|facere [4]) et manibus tangere, et aliquando eciam 15
10 auribus, ut infra | patebit, poterant sonum eius percipere. Respondit illa | modeste satis: »ego continue demonem uideo, eciam | si oculos claudam aut uelamen eis circumponam». et ego | addidi: »cuius figure tibi esse uidetur?» respondit:
15 »inpossi|bile estimo alicui esse, ut transfiguraciones eius mul|- 20
tiplices et uarias explanet; sed quantum ad presens, | nunc faciem unam uideo turpissimam, [5]) nec plus | de partibus eius uideo. et quamuis adeo deformis sit, | ut non credo [6]) aliquem talem posse fieri per naturam, tamen [7]) | nulli rei
20 uidetur esse similior quam humane faciei, ex|cepto quod ultus 25
demonis habet duo cornua promi|nencia». hoc dicto, secundam proposui questionem: »in quo loco | nunc eum uides?» et [8]) illa inquit:» inter illas duas puellas;» | et extendit manum ad aquilonem, ubi hilla de mon|te et gertrudis, soror
25 plebani, sedebant, ad distanciam | a lecto suo ad duos uel 30
tres cubitos in eadem cameru|la. que uerbum audientes horruerunt et se ab inuicem | diuiserunt; et ego dixi: »numquid demon non fugeret, si ca|merulam aqua benedicta aspergere-

---

[1]) exteriores et eternas legendum conicio. [2]) liber quo admodum. [3]) posterius e est in ras. [4]) l est in rasura; fuisse uidetur oll|facere. [5]) liber (et AS): sed quantum ad presens nunc uideo, faciem unam uideo turpissimam. [6]) ita liber. AS credam. [7]) corr. e tamen. [8]) AS om. et.

Digitized by Google

mus?» et illa: »fugeret», in|quit [1]), »sed statim rediret, sub momento in ictu oculi». (62) cum ergo | sic nox mirabiliter et penaliter [2]) cum multis tediis tran|sisset, quia dyabolus cristinam [3]) in ea [4]) plus quam XX uici|bus, ut estimo, defe-
5 dauit — non enim distincte licuit nu|merare pre multitudine et cordis occupacione — aduenien|te tamen [5]) die pax qualiscumque reddita est et predicta tri|bulacio cessauit, quantum ad apparenciam exteriorem et | corporalem afflictionem. nocte autem III:a aduenientе, que | precedebat dominicam terciam
10 aduentus, affuit ille diuine tri|nitatis desertor et contemptor, et solitis tribulacionibus | et inmundiciis cristinam afflixit, nichil de numero et modo ||| afflictionum precedencium noc- 40 Xr'
tium diminuens. et cum e|go sederem ad caput lectuli et frater wipertus ad pedes, | et dominus plebanus a latere lecti, aliquan-
15 tulum a lecto re|motus, et nos [6]) mutuo respiceremus et ad inuicem con|ferremus, audiuimus omnes strepitum quendam sub bancco [7]) | concauo, super quem sedit frater wipertus, quasi ali- 5
quis contunde|ret oua ad sorbicium [8]) parandum, et coniecimus, hoc demonis | esse tumultum. et cum frater wipertus sonum
20 sub bancco [9]) au|diret, accepit baculum suum arundineum, — quem de partibus | tuscie detulerat, quia de nouo de curia redierat, — et for|tissime cum stimulo baculi trusit sub banc- 10
cum [10]), dicens et | sepius iterans: »vilissime demon, ego eruam tibi oculos». et cum | nec sic strepitus premissus cessaret [11]), dixit frater wipertus | domino pleba-
25 γ Post exorcismos frater Wipertus a dæmone humano stercore defædatur.
no: »karissime, scisne aliquas adiuraciones, quibus | iste aduersarius noster possit expelli?» et ille dixit: »ad minus | illam 15
scio, qua pueri exorzizantur [12]): »ergo, maledicte dya|bole,

[1]) liber inquid, quod pro inquit uix licet retinere. scilicet in archetypo uerbum scriptum fuit per abbreuiationem quae et quid et quit ualet. [2]) corr. e pennaliter, ni fallor. AS om. et penaliter. [3]) liber eam cristinam, sed eam cum AS semoueo; nec tamen negare ausim, quin Petrus eam in ea scripserit et librarius cristinam, nequis, quam personam respiceret eam, dubitaret, adposuerit. [4]) corr. (et AS) in ea nocte. sed locus uix requirit, ut addatur nocte. [5]) AS tandem, iure fortasse. [6]) liber et ego nos, sed punctis infra e et o positis nescio an ergo pro ego legendum statuat. AS . . . remotus et ego, nos . . . [7]) corr.; pr. m. bacco. [8]) AS confunderet, et sorbitum. [9]) corr.; pr. m. bacco. [10]) corr.; pr. m. baccum. [11]) AS cesserat. [12]) ita liber.

Digitized by Google

recognosce sententiam tuam» et cetera. Et ille: »legatis illam, | et ego eam post uos cum intencione repetam, ut istum inmun|dum spiritum possumus [1]) effugare». (63) Dum hec illi inter se tractarent, | dixit michi cristina: »De quo conferunt et quid facere inten|dunt?» Respondi: »demonem uoluunt adiurare, ut fugiat». | Et illa: »dicite eis», inquit, »ut non conentur frustra contra dei | permissiones; quam diu enim dominus uoluerit, oportet me is|ta tollerare». audiuit hec frater wipertus, et tamen [2]) a sua non | destitit intencione. cum ergo dominus plebanus ad peticionem | suam dictam adiuracionem [3]) legeret, et ille singula uerba post | eum repeteret, et iam fere usque ad finem peruenissent: ecce, su|bito strepitus magnus et horribilis insonuit in came|rula, in qua eramus, ac si per subitam conpressionem aliquis | uesicam rupisset, et extinxit candelam, que ad duos cubi|tos stabat super [4]) caput meum. hoc strepitu frater wiper|tus timore percussus [5]) surrexit et uoluit exire. et ecce, | in medio pauimenti occurrit ei dyabolus et percussit | eum, et predicta inmundicia perfudit adeo fortiter, ut cla|maret et sepius repeteret [6]): »ve michi! ego perdidi unum oculum. | ve michi!» et hoc iterans [7]) exiuit ad ignem, qui erat ante hos|tium camerule copiosus inmediate [8]) ardens, ut, siquis | fuisset a demone defedatus [9]), in promptu haberet aquam calidam, | in [10]) qua posset [11]) purificari ab inmundicia. cum ergo fuis|set egressus, puelle que ibi erant lauerunt scapulare suum; ‖ turpiter enim fuerat tractatus: perfudit enim diabolus dimidi|am faciem suam a summo usque deorsum [12]) et alterum oculum | et dimidium nasum, similiter et dimidium pectus usque ad | baltheum, et alterum humerum et brachium stercore hu|mano aliquantulum liquido, quasi ex solucione [13]) fuisset emis|sum. lotus autem ad nos ingressus est, habundanter ridens, | quasi ei aliquid solaciosum occurrisset; et residentem [14]) interro|gaui, quid sibi accidisset et cur

[1]) liber; AS possimus. [2]) corr. e tamen. [3]) corr.; pr. m. admiracionem. [4]) AS supra. [5]) AS perculsus. [6]) corr. vocis finem -eret addidit; pr. m. reparet. [7]) AS hoc [dicto] iterum. [8]) ita AS (immediate); liber in medietate. suspicor ordinem uerborum conturbatum esse. [9]) AS si quis a dæmone defædatus esset. [10]) AS om. in. [11]) liber (et AS) possit. [12]) AS usque ad deorsum. [13]) AS ex solutione [ventris]. [14]) AS renidentem; forsitan cui magis placeat ridentem scribere. Wollersheim p. 82, n. 2 libri lectionem defendit, non sine causa.

Digitized by Google

sic rideret. respondit: »de|mon me defedauit et adeo fortiter percussit, quod pu|tabam eum unum oculum michi [1]) eruisse. insuper et in corde gau|dio magno et prius inconperto [2]) sum perfusus, et ideo a ri|su me non possum continere». (64) dixit autem michi cristina: »multum | gaudeo, quod frater wipertus tam hillaris est; nisi enim | gaudium sensisset, timeo, quod ad displicenciam fuisset | prouocatus». sed et ego in hoc plura sum suspicatus, uide|licet repressam fratris wiperti audaciam in timoris in|cussione; ostensam dyaboli maliciam in eius percussione et | defedacione; probatam cristine meritorum efficaciam in conso|lacionis inpetracione; sed cristi manifestatam clemenciam | in gaudii communicacione. quis inter tot fetores et | squalores letus esse posset [3]), nisi cristus daret et cristina inpe|traret? huius autem argumentum, quod in meipso eciam sensi, | hoc fuit: quicumque intra camerulam cristine erant, se|curi erant et intrepidi; qui autem cameram [4]) exibant, horro|re et terrore [5]) demonis percuciebantur; vnde cum semel ex|issem, timore concussus reingredi festinaui. sub | talibus ergo et multo pluribus tribulacionibus nox | illa penosa peracta est. apropinquante autem die dixi|mus matutinas nostras in camerula coram cristina; | non enim, dum demonis furebat insania, dicere licebat; de | cuius inmundiciis non modicus fetor exalauit. (65) dum | ergo matutinas dicemus, cristina se deposuit ad ia|cendum in lecto, in quo et cum quo tociens fuerat defe|data, nulla adhibita uel prehabita sui uel uestium | locione, nulla lectisterniorum facta inmutacione. ope|ruit autem faciem suam peplo, totum uero corpus suum re|liquum cooperiorio lecti erat tectum et conuertit se | ad parietem et orauit. finitis matutinis cum prima, | dixi fratri wiperto: »karissime, apropinqua ad lectum, ante quem [6]) | stamus, et considera, quomodo se habeat cristina». acces|sit ille et inclinauit se ad parietem ultra caput | cristine, sine contactu tamen eius, et [7]) post modicam | morulam se erexit

7 præsentes christinæ a dæmone non agitantur.

[1]) michi add. corr. [2]) incomperto Wollersheim p. 82, n. 3; liber incepto. [3]) AS possit. [4]) corr. cameram posuit; pr. m. lectum, qua scriptura ducente facile tibi persuadeas tectum fuisse in archetypo. [5]) ras. inter terrore et demonis. [6]) corr.; fuit, opinor, quam. [7]) AS om. et.

Digitized by Google

et ex magno cordis motu et | affectu michi dixit: »Bone frater petre, stupenda sunt que hic | sencio, et omni humane arti inpossibilia. En, in loco isto et lecto, tociens per fetidissima [1]) maculato [2]), odo|rem sencio omnibus aromatibus meliorem et omnibus | conposicionibus suauiorem». audiui et tacui, et ro|gaui eum, ut dissimularet et cristinam non inquie|taret. Qui et uerbis meis acquietavit [3]). Post mo|dicum et ego accessi ad lectum, et hiis credidi que | audiui et que frater wipertus michi dixerat. Et ego dixi | cristine [4]): »Intendis hodie communicare, sicut heri [5]) mecum con|tulisti?» Respondit: »intendo». Et ego ad illam: »omni ergo | sollicitudine cor tuum custodi, ut de nullo alio cogi|tes nisi de domino ihesu, quem es acceptura». et illa: «mo|lestum», inquit, »michi esset, si de alio aliquo cogitarem» [6]). hiis dictis, | iuimus ad ecclesiam, et hora competenti ambo celebra|uimus, ego scilicet et frater wipertus. Dum autem nos circa | diuinum [7]) officium occupabamur, plebanus iuit ad com|municandum cristinam, et conpletis omnibus, que tunc | temporis erant facienda, ibamus cum plebano ad do|mum suam ad prandendum. (66) Et facto prandio, quia[8]) uolu|imus recedere, iuimus uisitare cristinam, quia sperabamus | nos ibi aliquid diuini prodigii uisuros, ut essemus | participes consolacionis, sicut fuimus et conpassionis [9]). Et | benedictus deus, quia non sumus a desiderio nostro defrau|dati; ante enim quam intraremus camerulam cristine, in | ipso introitu ostii occurrit nobis tantus odor sua|uitatis, ut obliti omnium fetorum, quos prius senseramus, | leti in apothecam odoramentorum celestium ingrederemur, | paradysum utique domini et thalamum sponsi, camerulam | dico cristine, que inmediate [10]) in nocte precedenti cloa|ca fuerat, ut uidebatur, et [11]) dicere liceat, stercorum hu|manorum. o mutacio dextere excelsi! omnia enim trans|formata sunt in faciem meliorem; Nam odor

post communionem γ fœtor omnis in gratissimum odorem conversus est.

[1]) liber perfetidissima. [2]) AS madidato. [3]) AS acquievit. [4]) AS christianæ. [5]) corr.; pr. m. eri. [6]) corr. e suo, ni fallor, huc inserenda in mg. add. ⟨ve⟩l vnquam cogitassem in vita mea. [7]) diuinum correctoris manum passum uidetur. [8]) AS qui. [9]) conpassionis est correctoris. [10]) liber in mediate; AS immedietate. [11])) liber; AS si pro et.

Digitized by Google

suauis|simus pro horrendo fetore; dulcissima quies pro mul|-tiplici labore et dolore; laus et iubilus pro afflicti|one et timore; decor honestatis et mundicie | pro uilissimo stercore sunt inmutata [1]). o anima mea, ‖ recordare eorum, que illo tempore uidisti et sensisti, ut | saltem memoriam suauitatis illius eructues, quia [2]) pre|senciam retinere non meruisti, ut ex hiis reliquie cogita|cionis diuine diem festum agant tibi. ıngressi ergo | inuenimus testes consolacionis, quos habueramus deso|lacionis [3]): uidelicet hillam de monte, hillam sororem cristine, hil|lam de hingindorp [4]) et gertrudem [4a]) sororem plebani; cristi|nam autem inuenimus in lecto iacentem, decenter satis co|opertam, licet modo pauperi, in [5]) mentis excessu omnino inmo|bilem et eo modo, quo supra positum est, insensibilem. ɒum | autem ad aliquantulam moram se- dissemus, cristina ad se re|diit, quo ad membrorum motum, non quo ad senciendi | actum, et extendit manum sinistram aliquantulum aper|tam, et omnes uidimus signum crucis glo-
7 tres cruces in manu habet.
riosum in medio | palme sue triplicatum, quasi una crux esset principalis [6]) | et due minores de brachiis illius procederent. ın hunc | modum has cruces [7]) satis et, ut puto, deuote omnes, qui | affuimus, considerauimus; perfusi enim fuimus insolito quodam | cordis affectu et data est nobis habundancia lacrima|rum pro tot mirabilium, que uidimus et sensimus, contempla|cione et tam insperata rerum mutacione. hiis gestis ғrater | wipertus et ego recessimus, cristina in sua deuocione re|manente et nichil de recessu nostro percipiente. |

(67) Dominica | quarta aduentus eiusdem [8]), que immediate [9]) preces|sit uigiliam natalis domini, que tunc erat in secunda feria, | assumpsit me frater gerardus de griphone in socium, de | mandato prioris colonien sis fratris hermanni, et duxit | me in stumbele. ıngressi autem domum cristine,

[1]) haec sunt inmutata suspecta habeo. [2]) post quia fuit non, quod erasum est. [3]) corr; fuit consolacionis. [4]) AS Kingidorp. [4a]) liber Gerdrudem. [5]) corr.; fuit pauperum, et sic AS. [6]) fuisse uidetur prinncipalis. [7]) pr. m. curios, quam uocem expunxit corr.; AS curiose. [8]) corr. ex eidem. [9]) liber in medietate.

Digitized by Google

quia plu|uia fuerat, exuimus cappas nostras et tradidimus
il|lis, qui erant ad ignem, ad siccandum, et intrauimus | ca-
merulam cristine. postquam ergo frater gerardus ıohannem |
de můfindorp [1]) et socium suum et dominum plebanum et
cristi|nam et secum commorantes salutasset, addidit iocando: |
»Domine demon, non me defedes, quia ego sum amicus tuus». |
et ego respondi: »si tu es demonis amicus, et ego tu|us et illius
sum inimicus». De hiis uerbis qui audierunt | subriserunt, et
uoce concordi optauerunt, ut dyabo|lus amicum suum [1a]) cum
aliquo clenodio, prout solebat, sa|lutaret. Post hec deposuit se
XLr[1] frater Gerardus ad pedes ||| lectuli, in quo cristina sedebat, ad
sedendum, et ego | ad caput prope hostium resedi. Ecce, cum
sic quasi a pari | sederemus, subito ex angulo, in quo nullus
sedit, uenit | cum [1b]) inpetu humor [2]) colore albus et ualde tenuis,
sed cuius substancie | nescio, quasi de scultella [3]) effunderetur,
et perfudit humeri | mei dextri et nasi extremitatem, sed et
hostium, quod pro|pe me erat, quasi totum perfudit. hoc
facto, iuimus ad cenan|dum, et sub cena nichil de demonis
operibus sensimus nisi | hoc solum quod, quociens cumque
cristina orabat, ille alta | uoce, quam omnes audiuimus, si-
billabat. post cenam frater | Gerardus surrexit et uoluit ire [4])
ad ignem qui, sicut su|pradictum est, ante hostium camerule
continue arde|bat, indutus scapulari nouo et candido, quod
illa | die prima uice induerat. Dum ergo ad medium pa|ui-
menti uenerat, perfudit dyabolus faciem suam et ca|pucium
scapularis et [5]) totum pectus uilissimo [6]) stercore, | liquido,
humano, fetente, in tanta copia, ut stans in me|dio pauimenti,
in conspectu omnium nostrum, faceret de facie | sua et naso
predictam inmundiciam distillare; quod | quibusdam non displi-
cuit, quod eum, qui se amicum suum | uocauerat, sic detur-
pauit. (68) Quid amplius? Demon cum | suis inmundiciis in
tantum insaniuit [7]), quod pre grauitate | iminencium tribu-
lacionum obliuioni tradite sunt an|gustie priores; grauia enim
inferebantur et grauiora cum | metu expectabantur. parui-

[1]) AS. Mussindorp. [1a]) corr.; pr. m. amico suo. [1b]) AS. add. [2]) corr. in mg.; pr. m. humano. [3]) ita liber. AS scutella. [4]) corr.; fuit, ni fallor, nostre. [5]) liber quod; AS atque; abbreuiatione falso soluta quod pro et positum iudico. [6]) corr.; pr. m. ullissimo. [7]) AS insanuit (sic).

Digitized by Google

pendebamus [1]) iam stercora et in|mundicias, ad eorum squa- 25
lores [2]) et fetores assueti; sed | ignis instrumenta et tor-
menta nunc expectabamus. Dix|erunt enim, qui illa nocte
fuerunt presentes, quoniam [3]) sex prece|dentibus noctibus
5 demon cum ignitis lapidibus cristinam con|bussisset, et
hanc penam cum mesticia quadam prestola|bamur. circa 30
mediam autem noctem, cum ego iuxta cristinam | sederem
et eam, quantum sciui, uerbis consolarer, subito | cepit
se [4]) contrahere et tota tremere et multum sudare; | Et ad-
10 uerti insolitum modum incessus eius et dixi ei: »quid | ac-
cidit? cur[4a]) sic angustiaris et tantum su-
γ Lapidem ardentem primo laterj sinistro, dein humero dextro imponit dæmon. das?» Res|pondit: »non mireris super hoc, 35
quia hic ante oculos me|os et tuos uideo
horribilem demonem stantem et lapi|dem
15 ignitum in manibus habentem, quo uult me [5]) conburere, | ut
comminatur». consolabar eam, quantum potui, *et* ad | pacien-
ciam prouocaui. et post quam sic tremuisset *et* su‖dasset ad lon- 40 XIr
gam moram, demon, quod comminatus fuerat ma|licia sua, opere
impleuit. Posuit enim ad carnem suam intra | uestes, in latere
20 sinistro, lapidem ignitum, ad quantitatem | humani pugni, et
tam fortiter inpressit, ut omnino esset | inmobilis, ac si eodem [6])
loco fuisset incorporatus. heu me! | tantam tunc uidi penam 5
in cristina, quantam non recolo me | in aliquo uidisse. Erat
enim horrendum certamen: demo|nis affligentis per terrorem,
25 ignis aurentis per feruo|rem scilicet [7]), uirginis pacientis propter interiorem et exteriorem do|lorem [8]). omnibus autem qui
aderant lapidem tangentibus, de|mon post longam moram de 10
omnium [9]) eorum manibus eum | subtulit et super humerum
cristine dextrum eum col|locauit; qui et illic mansit, donec
30 gallus cantauit. | sub hac pena gemitus et suspiria audieban-

---

[1]) an parui pendebamus legendum? [2]) ita corr.; pr. m. qualores. [3]) ni fallor, quoniam in quod iam est emendandum. [4]) AS add. [4a]) an legendum quid accidit, cur etc.? [5]) corr. add. me. [6]) ita AS; liber eadem. [7]) scilicet aut radicitus tollendum esse uidetur, aut in silicis emendandum. [8]) nescio, an haec ita interpungendi signis distinguenda sint. AS exhibent Erat enim horrendum certamen, dæmonis scilicet, affligentis per fervorem ignis adurentis; Virginis, patientis per fervorem [amoris] propter interiorem et exteriorem dolorem. [9]) corr.; pr. m. omni.

Digitized by Google

tur, | et lacrime non pauce effundebantur tam conpa|ciencium quam pacientis. facto gallicinio, hec pena ces|sauit et, quantum perpendere potui, ultra non rediit per | modum eundem, fuitque qualiscumque pax usque mane. | (69) facto mane, sciens diabolus, quia tempus breue habe|ret et quia hora eum ad cessandum urgeret, cepit | contra morem precedencium dierum acrius deseuire [1]) | et atrocius insanire, in tantum ut omnes qui affu|imus attoniti et admirantes diceremus: »quid nam | uult hoc esse?» cum omnes [2]) qui aderant turpiter modo dicto | macularet in tantumque debaccaretur, ut timeremus | cristinam dimittere solam, deliberauimus, ut frater io|hannes et socius suus irent ad ecclesiam et populo | de confessionibus et aliis negociis satisfacerent, | et frater gerardus et ego cum cristina remaneremus. | illis autem abeuntibus, in tantum dyabolus defedaci|ones et inmundicias suas continuauit et mul|tiplicauit, quod teduisset nos uiuere, nisi diuina | consolacio affuisset, et liberacionem a tali miseria | speraremus celeriorem; non enim in hiis erat modus, sed | et numerus propter continuacionem non potuit atten|di. vt enim de cristina taceam, que totum pondus afflic|tionis sustinuit, frater gerardus quater et ego | tribus uicibus fuimus turpiter defedati, in tantum | ut uix uestem habuimus [3]), quam induere possemus [4]). |

defœdat dæmon 7 fratres adstantes virginj.

40 XIv[1] inter hec dixit nobis cristina: »parcite uerecundie ‖ mee et ad modicum exite, et hostium post uos | claudite. nimium enim turpiter et uiliter fui [5]) tracta|ta». fecimus, ut rogauit, et stetimus extra ante hos|tium; noluimus autem nos ab ea elongare, timentes, | ne diabolus adhuc maiora attemptaret, si cristinam | solam inueniret; minus enim seuire presumpsit, ubi cus|todia sacerdotalis affuit, ut inferius pluribus [6]) proba|bitur exemplis. dum ergo ad breuem horam [7]) manere|mus | ante hostium, factus est tantus strepitus intra [8]) came|ram, quod uehementer timuimus, quod demon aliquid | contra cristinam moliretur, diximusque ad inuicem: »non tantum | uerecundie

[1]) corr. e deseruire. [2]) AS cum [autem] omnes. [3]) AS habuerimus. [4]) ita AS; liber possimus. [5]) AS; liber fuit. [6]) id, ni fallor, uult corr.; AS ut in pluribus. [7]) moram legendum uidetur. [8]) AS; liber inter.

Digitized by Google

parcamus [1a]), ut uitam necligamus» [1]). Et hiis | dictis celeriter intrauimus et, quid accidisset, inuestiga|uimus. Et dixit: »nichil ultra solitum, excepto eo, quod | demon super cistam [2]), que stat ad pedes meos, coriza|uit adeo fortiter, quod magnum strepitum fecit«. | (70) cum ergo dubitaremus, quid in tanto periculo esse|mus facturi, quia iam tempus meridiei apropinquaret [3]) | et fratres non erant reuersi, eligimus [4]) sub hoc euentu | magis missa [5]) carere, quam cristinam desolatam deserere, et con|uenit nobis in hoc, ut officium de beata uirgine di|ceremus. inchoantes autem officium: »Rorate celi | desuper», cum ad ewangelium uenissemus: »Missus est,» | ut eo magis uirtus sacrorum uerborum cristine inpri|merentur, vtrumque genu in terram coram lecto flexi et | utramque manum super [6]) caput cristine posui. Et cum | fere ewangelium perfecissem, ecce ille inmundici|e administrator, qui primum fuit malicie in|uentor, non ueritus dei omnipotenciam nec attendens sa|crorum uerborum continenciam, multipliciter beatissime uirgi|nis commendantem graciam et mundiciam, sub manibus | meis, per totum caput cristine, tortam, ad latitudi|nem dimidii digiti spissam, inter pepla et caput | de uilissimo stercore, sed spisso posuit; quam pro | parte post officium digitis meis euulsi, et erat | ad modum paste spissa. sub talibus et pluribus | infestacionibus fuimus, donec dominus plebanus de ecclesia | ad nos uenit, annuncians nobis fratrum nostrorum ce|lerem aduentum; vnde et nos sub hac spe iuimus ad | ecclesiam, missam celebraturi, gaudentes, quod ad so‖lacium cristine potuimus post nos relinquere sacer|dotem. (71) In uia autem occurrit nobis [7]) frater iohannes cum | socio suo, totus in facie rubicundus et quasi ignitus, et | quesiuit a nobis, quomodo res se [8]) haberet circa cristinam. | Et respondimus: »nimis penaliter». et ille inquit in spiritu | quodam uehementi: »eamus illuc [9]), cum demone conflictu|ri;» Et uerbo dicto recessit cum festinacione, quasi deuo|cione quadam inebriatus et fiducia confortatus. Nos | uero ad ecclesiam iuimus, missam celebrauimus

[1a]) AS pareamus. [1]) corr.; pr. m. diligamus. [2]) ita pr. m.; corr. aliud nescio quid uult. [3]) liber; AS appropinquarat. [4]) AS elegimus. [5]) corr. add. missa. [6]) AS supra. [7]) AS nobis occurrit: [8]) AS se res. [9]) AS ita; pr. m. illic, sed, ni fallor, corr. illuc restituere conatus est.

Digitized by Google

et, | superueniente plebano, secundum morem patrie uesperas | misse continuauimus. Interim [1]) dum plebanus nobis|cum fuit, accidit hoc stupendum mirandumque pro|digium sub hiis [2]) testibus presentibus et nobis pos|tea euentum rei exponentibus, uidelicet fratre iohanne et so|cio eius, hilla de monte et gertrude sorore pleba|ni. ille enim demon, hostis antiquus et superbus et te|merarius, qui in celo deo assimulari uoluit — ille in | tantam audaciam, superbiam et blasphemiam in ter|ris proteruit [3]), ut lectum cristine subintraret et totum | stratum euidenter et fortiter concuteret, et uerba | blasphemie cum cantus melodia et uerborum conso|nancia, ut fit in ritmis, alte et arroganter decan|taret: »vbi est deus tuus nunc? ubi est deus tu|us?» et cum hec multocies et interposita morula | interpolate [4]) repetiuisset, ipse sibimet respondit au|susque est [5]) ille spiritus inmundissimus et malignissimus | nomen deitatis [6]) infinite maiestatis et bonitatis ar|roganter sibi [7]) asscribere, quasi memoriam non haberet, quam ui|lia et inmunda modo opera exercuerat, que longe a di|uina operacione prius elongantur [8]). Dixit ergo infelix ille, | omnium malorum reus: »Ego sum deus tuus! ego sum | deus tuus!» et post horum crebram et blasphemam re|peticionem adiecit: »saltem nunc recognosce, quia ego | sum deus tuus; quia potestatem habeo de te facere quic|quid michi placet». cum ergo nomen dei, quod est super | omne nomen [9]), blasphemasset, ad iniuriam quoque seruorum [10]) dei | sermonem conuertit, dicens: »vbi sunt rasi fatui [11]), qui | tecum fuerunt? nunc Ego [12]) eos sic

Dæmon ad idolatriam christinam pertrahere tentat.

[1]) liber potius Inrerim. [2]) AS om. hiis. [3]) ita liber; AS proruit. [4]) corr.; pr. m. interpolare. [5]) AS est inserunt. [6]) AS divinitatis. [7]) AS sibi add. [8]) hoc loco longius quam soleo e libri uerbis recessi. in libro enim sunt haec: . . . quasi iuris sibi (hoc sibi fortasse e loco suo transmigrauit et uerbo, quod est asscribere, subiungendum est) non haberet, quam ui|lia et inmunda memoria exercuerat, que longe a di|uina operacione (corr.; pr. m. opera) prius elongantur. (prius quoque suspectum habeo). AS: quasi iuris nihil haberet, prius quam vilia et immunda opera exercuerat, quæ longe a divina memoria elongantur. Wollersheim p. 89, n. 1: quasi iuris sibi non haberet, quamquam vilia et immunda opera prius exercuerat, quae longe a diuina memoria elongantur. [9]) AS quoque repetunt nomen. [10]) corr.; pr. m. seuorum. [11]) ita liber. AS fratres. [12]) liber . . . fuerunt nunc. Ego etc. (an ad sunt referendum est nunc?).

Digitized by Google

tractabo, quod tibi | non audebunt apropinquare». longissima mora pertran|siuit sub uerbis premissis cum melodia cantatis, ||| sub qua cristina in lecto iacebat, quem demon concuci|ebat. (72) post huiusmodi [1]) ergo uerba et multo plura nimis | horrenda cristina, omnibus circumsedentibus audientibus, dixit | ex blasphemia nomini dei illata, ut arbitror, commo|ta: »adiuro te, demon, per uirtutem passionis domini nostri | ihesu cristi, ut a te dictorum uerborum elucides ueritatem». at ille | infelix ad hanc uocem uerba mutauit, cantum dimisit | et modum ritmicum neglexit; et qui ante, quasi pugil | de duello cum uictoria reuersus, cum pompa et cantus | resonancia et uerborum consonancia alte decantauerat, | deinceps, quasi uetulus decrepitus, uix tremula uoce cum | raucedine cepit simplicibus uerbis ueritatem profiteri | et se mentitum fuisse confiteri, dicens: »vere omnia sum | mentitus, que sum loquutus; non enim deus sum ego, cuius | non solum non participo naturam, sed et eius beatitudinis | communionem iuste et irrecuperabiliter perdidi. mali|cie tamen mee exequende in uos [2]) ab eo auctoritatem ac|cepi; quam [3]) et studiose sum exsecutus, ut ultra uel citra | diuinam permissionem nichil diminuerim uel superaddi|derim [4]); et quia per uirtutem passionis domini me [5]) adiuras|ti, ueritatem non possum negare. quamuis ergo mul|ta tibi penosa et ignominiosa intulerim, quia tamen | de te nullam potui optinere uictoriam, certus sum, quod hoc | in me ipso cum centuplici [6]) augmentacione in eternum [7]) recipi|am cum sociorum meorum perpetua irrisione. despicient | me tamquam ignauum, quia contra unam puellam non pre|ualui». et hiis et similibus pluribus dictis, strepitum | magnum fecit, quasi uesicam rumperet subito conprimendo, | et sic recessit; motus autem uel concussio lecti statim | ad uocem adiuracionis conquieuit. (73) minimo facto inter|uallo post demonis recessum, plebanus et frater ge|rardus et ego camerulam intrauimus, ita ut presen|tes mirabantur [8]), quod diximus nos

40 XIIr'

[1]) AS hæc. [2]) AS in vos [et corpus] tuum. scilicet et tuum parenthesi includendum fuit. [3]) AS om. quam. [4]) liber super addiderim. [5]) AS om. hoc me, retinent autem illud, quod ante per uirtutem positum paene erasum est. [6]) corr. centupli; pr. m. centum pluri, ut uidetur. [7]) liber ineternum. [8]) AS mirarentur.

Digitized by Google

strepitum premissum | non audiuisse, et inuenimus omnes, qui cum cristina in | camerula erant, esse in mirabili deuocione et lacri|macione, ipsam autem cristinam in uberrima graciarum ac|tione, que nunc referebantur pro malorum euasione, nunc pro | bonorum collacione, nunc pro communicata diuina consolacione. | Et hec uarietas graciarum actionum tam dulcis erat et | delectabilis, ut omnes presentes ad lacrimas pro-
XIIr² moue‖ret [1]). hiis sic expletis, iuimus omnes nos IIII:or fratres cum | plebano ad domum suam ad prandendum, et cristine ante | hostium camerule sue calida aqua in dolio ad lauan|dum parabatur; qua secundum hominem plurimum indiguit, | quia per totum aduentum in inmundiciis, quas demon | administrauerat, sine lauacro iacuerat. puelle autem, | que eam iuerunt, dixerunt, quod in corpore suo plurima | uulnera inuenerunt facta per lapidum conbustionem, | adeo [1a]) profunda aliqua, quod manum [2]) possent [3]) continere; que | tamen omnia sine humana cura sunt curata per dei | mirabilem clemenciam, sicut fuerant inflicta per demo|nis detestabilem maliciam. dictis autem matutinis | in die natalis domini et missa prima, plebanus iuit | et cristine corpus domini administrauit. in ortu autem | diei, longo facto spacio a communione predicta, ibat frater | iohannes, quem et ego sequebar, ad cristinam, et inuenimus | eam in leeto iacentem, modo supra exposito induratam | et modum uite humane mente excedentem; que et in | deuocione sua per totum diem natalis usque in profundam | noctem sequentem permansit. cum qua postea in reliquis | diebus predicti festi comedimus, et diuine consolacionis | et interne dilectionis plura signa [4]) uidimus, ut aperte possimus | connicere [5]), quia supra [6]) multitudinem dolorum, quos pas|sa fuerat, consolaciones dei eius animam letificauerunt [7]). |

Lapides ardentes vulnera remanentia fecerunt.

[1]) AS permoveret. [1a]) corr.; pr. m. a deo. [2]) ita corr.; fuit humanum. AS prunum, quod unde sumptum sit, nescio. manum iure retineri ostendit p. 50, u. 20. [3]) liber (et AS) possint. [4]) signa add. corr. inter lineas. [5]) pr. m.; corr. conicere. [6]) AS super. [7]) AS letificaverint. post haec in libro una linea sine scripto.

Digitized by Google

β 3:us annus (74) Cum iam tercius annus fini apropinquaret, post | quam iui in coloniam [1]) ob studii [2]) exercitacionem, et | rumor ad me uenisset, quod [3]) parisius [4]) deberem proficis|ci, cogitaui, ut exirem et amicos meos salu-
5 ta|rem. accepta ergo licencia et assumpto fratre iohanne | daco, 30
dicto hespe, ibam in XL:a uisitare cristinam. et [5]) | cum una dierum circa completorium dixissem ei que|dam deuota, in magnum cordis accensa est affec|tum, ut ex uerbis suis poterat probari; et rogauit | me, ut in crastino missam de beata
10 uirgine cum no|ta celebrarem. in crastino ergo, dum missam: 35
»RO|rate celi desuper» dixissem cum omnibus attinenciis | et ad illud officium spectantibus, — quia ad illud | officium speciali mouebar deuocione, propter filii | dei incarnacionem et gloriose uirginis matris eius ‖ multiplicem commendacionem, 40 XIIv[1]
15 que in illo officio tam | prophetice [6]) quam historice plenissime et dulcissime enar|rantur, — populus exibat, excepta cristina, que inmo|bilis [7]) in suo loco manebat, DIXITque michi ple|banus: »videtur michi, quod cristina sit rapta». assumpsi | 5
fratrem iohannem et iuimus ad considerandum; et, deo | teste,
20 ipsam quidem omnino inmobilem et induratam |, sed pallium suum, quo caput cooperuerat, plenum | subtilissimo humore quasi rore — quem et omnes, qui uidimus, | pro rore habuimus [8]) — inuenimus [9]); erat autem humor ille | tantum super 10
in [10]) illa parte pallii, que caput tegebat. cum | autem frater
25 iohannes ad XIIII:OR [11]) dies et amplius quan|dam excrescen-

γ Ros capitj Christinæ adhærens sanat vlcus noxium.

ciam in iunctura [12]) pugni et brachii sen|sisset, que ad quantitatem dimidii fere oui excre|uerat, de qua timuit, quod usum manus deberet inpedire: | accessit et aliam [13]) manum in humore 15

[1]) AS postquam Coloniam [veni]; fortasse iui coloniam, omisso in, legendum. [2]) corr.; pr. m. obstudui. [3]) liber et. AS quod. scilicet solitam illam signorum quae et et quod indicant confusionem hoc quoque loco deprehendimus. [4]) liber; AS Parisios. [5]) liber quod. AS Quæ. cfr n. 3. [6]) liber prophecie. [7]) corr.; pr. m. inmobi|bilis. [8]) AS quem omnes vidimus, et pro rore habuimus. [9]) AS invenimus post induratam posuerunt. [10]) AS neglegunt in. [11]) AS quatuordecim; sed ex hac scribendi ratione apparet numerum solvendum esse in decem et quatuor. [12]) ita, ni fallor, corr.; pr. m. iniunctam. [13]) liber et ad aliam. legendum fortasse: accessit ad eam (uel cristinam) et aliam etc.

Digitized by Google

illo ma|defecit et super excrescenciam posuit, que ab illa hora [1]) ci|cius incepit decrescere quam prius potuit excrescere [2]), | ita ut infra paucos dies omnino deficeret. cristi|na autem in sua mansit deuocione usque ad tempus | completorii. NOS autem in mane sequentis diei uer|sus coloniam sumus profecti, licet dominum priorem in | bruwilre [3]) uisitaremus. |

(75) Sed cum nuncii, qui me parisius | deducerent, ante festum pasche non uenissent, | contulimus ad inuicem, frater albrandinus, FRATER mau|ricius et ego, de mirabilibus, que in precedenti pas|cha contigerant circa cristinam, et deliberauimus, quomodo [4]) in | festo pasche, quod iam inminebat, possemus [5]) sic ordi|nare, ut mirabilia dei possemus [5]) contemplari, si de|us aliqua in eadem persona ostendere dignaretur. fac|tum est autem, ut frater iohannes de mûfildorp [6]), qui | a domino plebano ad festum fuerat uocatus, me in | socium assumeret de mandato prioris coloniensis | fratris hermanni supradicti, et fratres albrandinus et | mauricius licenciam ab eodem priore acciperent, ut | nobiscum ire possent. obtenta ergo licencia, omnes IIII:or | simul in cena domini, facto prandio, exiuimus et circa | completorium in stumbele uenimus. ET cum ecclesiam | ingressi fuissemus et reliquias XII^{v} sanctorum, uel pocius ‖ sanctos, quorum reliquie ibi continebantur, salutassemus, | accessi ego ad cristinam, que multum debilis ante altare | beate uirginis residebat: communicauerat autem eodem die | et post communionem summam leticiam perceperat, de qua de | nouo redierat, ita quod postea ecclesiam non exierat. | DEBILITATEM autem non ex communione uel leticie perfru|icione incurrerat, sed ex demonis afflictione, ut infra dicetur. | postquam ergo eam salutaueram, dixerunt michi uirgines, que | circa eam sederunt et condiciones suas diligenter aduer|terunt: »solicite aduertas, si palmam sinistre manus | eius possis intueri; EST enim mirabiliter quasi [7]) depicta». cum

nota inferius de signis et crucibus.

[1]) hora inter lineas add. corr. [2]) fuit decrescere, unde corr. (et AS) crescere. excrescere praemissis commendatur; nisi cui palaeographicis rationibus magis placet accrescere. [3]) AS Brunwilre. [4]) liber (et AS) quod. [5]) ita AS; liber possimus. [6]) AS Mussendorp. [7]) quasi add. corr.

Digitized by Google

er|go manum predictam ex deuocione magis quam ex curio|-
sitate diligenter obseruarem, accidit, ut illa pre debi|litate deficeret et, manum non obseruans, eam aliquan|tulum apertam extra
pallium suum relinqueret; et uidi | rem mirandam, uisu pul- 15
γ crux altera in manu virginis. chram, sed significacione igno|tam. aspexi enim in manu uirginea quindecim signa, di|mensione modica, aspectu subrubea, forma rotunda, si|tu ordinatissima: in medio palme erat signum | rotundum, sterlingno [1]) minus, sed omnibus aliis signis | maius: circa quod erant IIII:or in 20
modum crucis in hunc modum [2]) disposita, aliquantulum primo minora, sed reliquis decem | maiora, ita ut, quantum a primo excedebantur, tantum | reliqua excedebant. quinque ergo predicta erant in carne | palme depicta, residua autem decem per V digitos ma|nus erant sic diuisa, ut cuilibet [3]) digito duo 25
inessent, | in medio illorum articulorum, qui palme erant propinquio|res, ita tamen, quod uno tantum signo quilibet articulus | decoraretur; quod adeo erat pulchrum uidere, quod non credo | me uidisse manum tanta pulchritudine insignitam. fa|teor, in 30
aspectu delectabar, sed in affectu inmutabar, | quid [4]) dicere possem [5]), ignorans [6]); omnem enim corporis sensum | et cordis intellectum res uisa superabat. (76) completorio autem | dicto et matutinis [7]) secundum morem patrie circa crepus|culum inchoatis, dum cantaremus post »benedictus in te|nebris» kirieleyson [8]), quidam 35
in ecclesia ex dissolucione conci|tauerunt magnum clamorem et strepitum [9]), | per que nos in choro non minime impediuerunt, sed
γ Circumstantes christinam a dæmone defœdantur et ipsa non, quia christinæ detraxerant. non absque | confusibili uindicta. nobis enim cantantibus et passionis | christi memoriam celebrantibus, illis autem dissolucionem ||| excitantibus, affuit inter eos 40 XIIIr[1]
eciam [10]) sathan et magnam | partem plebis in ecclesia defe-

[1]) AS sterlingo. [2]) in margine sunt figurae, hanc descriptionem respicientes; sed cum falso delineatae sint, operae pretium non est eas adumbrandas curare. [3]) corr.; pr. m. quilibet. [4]) liber (et AS) et quid. [5]) ita AS; liber possim. [6]) AS ignorabam; quam formam suspectam habeo; desiderari enim uidetur forma in -abar exiens, si quidem finiti modi formam scribendam esse statuimus. [7]) AS; liber matutino. [8]) liber iungendo haec uerba scribit; AS Kyrie eleison. [9]) ita dubius scripsi. in libro (et AS) exstant clamorem et dissolucionem strepitus. ueri simile uidetur dissolucionem e repetitis quae pracedunt ex dissolucione ortum esse. [10]) AS etiam inter eos.

Digitized by Google

dauit cum materia, que sepius | est nominata, de qua fetor pessimus exalauit. Et fuit | mirabile, quia, cum plereque [1]) persone, que circa cristinam fue|runt, ab ante et retro, a dextris et sinistris fuissent | defedate, quedam in tunicis, quedam in palliis, quedam | in peplis, cristinam in medio eorum constitutam nec una gut|ta inmundicie contingebat. (77) hec nos, qui fuimus in cho|ro, dum fiebant [2]), latebant, que [3]), dictis matutinis et cande|lis reaccensis, intelleximus fuisse perpetrata; Tunc enim | quilibet sibi proximo uel proxime de iniuria et contume|lia sibi illata [4]) conquerebatur [5]). attamen, et si omnes tacuissent, fe|tor tamen pessimus opus inmundum prodidisset. cum ergo | plebanus et fratres in turbam tumultuantem exissent, ui|su et olfactu relacioneque et querimonia plurium rem | factam cognouerunt. fuerunt autem qui dixerunt, quod | hec defedacio ideo est a deo fieri permissa et a dyabolo | administrata, quia plurimi [6]) fuerunt, qui cristine detrax|erant, quasi falsum esset et fictum, quod ipsa fuisset per defedaci|ones afflicta, et dicebant, quod nunc ille persone turpius | fuerunt tractate, que illi plus derogauerant. (78) Dum ergo | hec fierent, accessi ego ad cristinam, que adhuc in loco | oracionis [7]) consueto iacebat, et quesiui ab ea, quid populus | tumultuans [8]) haberet. et illa respondit: »ignoro; audio | tamen, quod plures conqueruntur, quod turpiter sint ma|culati«. finito autem tumultu, ibant singuli [9]) ad sua hospicia; sed et pater cristine eam ad domum suam duxit, | quia per se ire non poterat pre debilitate; quem et ego ad|iuui usque ad biuium, ubi [10]) alia uia [11]) ad domum plebani | declinaret [12]). Fuit autem cristina tota nocte illa in quadam | exthasi propter cordis occupacionem circa cristi passio|nem, in tantum ut se alloquentibus non attendebat [13]) res|pondere, nichil quia [14])

tota nocte christi passionem meditatur.

[1]) corr.; e littera, quae excipit r, est in ras. [2]) corr.; pr. m. flebant. [3]) AS qui. [4]) AS om. sibi; statuunt scilicet hoc sibi e praecedente sibi repetitum, fortasse non iniuria. [5]) AS conquerebantur. [6]) ita AS; liber plurime. cogitare etiam licet de hac lectione: plurime (scil. persone) fuerunt que etc. [7]) liber oracioinis. [8]) corr. tumulans; pr. m. tumularis, ni fallor. [9]) AS; liber singula. [10]) liber et; AS ut. [11]) AS alia me. [12]) AS declinarem. [13]) AS attenderet. [14]) AS quia nihil.

Digitized by Google

aliud uerba sua sonabant, que quamuis [1]) | pauca diceret, nisi
cristi passionem. hec ab eis audiui uir|ginibus, que circa illam
illa nocte uigilabant. mane | autem facto in die parasceues,
dixerunt fratres albrandinus | et mauricius, quod uellent redire
coloniam, et rogauerunt | plebanum, ut cum eis cristinam uisi-
taret; quod et fecit. et, [2]) | quantum a plebano et eciam ab
ipsis postmodum intellexi, | nichil aliud uiderunt nisi cristi-
nam in lecto iacentem, to‖to corpore trementem, faciem peplo XIIIr²
et lecti coopertorio | uelatam habentem; et hoc uiso discesse-
runt. (79) frater io|hannes autem [3]) et ego circa terciam iuimus
ad cristinam ui|sitandam et supradicto modo eam inuenimus
iacentem, hoc | addito, quod omnino facta fuit inmobilis et
omnibus | membris rigida, ut solent esse corpora defunc-
torum, in qua | nullum signum uite potuimus perpendere.
quo audi|to et considerato, iuimus ad ecclesiam, et hiis que [4])
ad | officium illius secundum morem pertinebant completis,
post | meridiem reuersi fuimus cum plebano ad [5]) ea que
circa | cristinam gerebantur consideranda. et cum camerulam
in|trassemus et cristinam supradicto modo reperissemus, facta |
oracione a nobis tribus, ut deus nobis aliquid ex hiis | osten-
dere dignaretur, que circa cristinam facta suspica|bamur, dixi
ad illos duos: »uobis liberum est tempus, sed | ego recessurus
sum, et numquam spero me hac die [5a]) re|diturum ad hunc
locum uel personam, et ideo multum do|leo, si consolacione
debeo defraudari, quam [6]) me spera|bam [7]) hic habiturum«.
credebam me de hiis que audiui | alio anno nunc debere
certificari; et dixi pleba|no, audiente fratre iohanne: »optime
nosti, quia nec cu|riositas nec carnalitas nos mouet ad puel-
lam | istam uisitandam et considerandam, sed cristi caritas,
et | ut gestorum eius possit ueritas elucidari [8]) et omnis | fal-
sitas et dubietas propulsari. extende ergo ma|num tuam et
tange plantam pedis eius«. ad instanciam | meam fecit hoc
ualde timorate [9]), et manum retraxit | totam sanguine per-

[1]) AS om. que. [2]) AS, signis confusis, qui. [3]) liber. AS frater autem Ioannes. [4]) AS qui. [5]) ad est in ras. [5a]) an hac uita legendum? [6]) corr.; pr. m qua. [7]) AS sperabam me. [8]) liber delucidari; AS dilucidari; cfr p. 54, u. 8. [9]) AS timoranter. uerba ad instanciam meam AS (et Wollersheim p. 107) cum praemissis coniungunt.

Digitized by Google

fusam. et ego dixi: »vocemus unam | puellam, que extremitatem pedum detegat, ut ui|dere possimus, quid ista significant». illis consencientibus uocaui hillam de monte et rogaui eam, ut | extremitatem pedum cristine reuelaret. que licet | se excusaret, prece tamen et racione uicta, cum mag|na reuerencia et timore quod pecii fecit; ET nos IIII:or | uidimus, quod scribo: in medio pedis dextri, in parte superi|ori et inferiori, uulnus erat laci*us* sterlingno [1]) aliquan|tulum, de quo IIII:or riui sanguinis, non ad pedicas, | sed per transuersum pedis fluxerunt, in latitudine non | modica. quo uiso quilibet nostrum locum fletui | aptum querebat, eo quod cristo
XIIIv' passo conpaciebatur, ‖ cuius expressa uulnera in cristina intuebamur. (80) fini|to fletu, ad domum plebani iuimus et, facto prandio | illi diei debito, parum ante horam conpletorii ad do|mum cristine sumus reuersi et adhuc nullum uite sen|sibilis in cristina inuenimus signum, quia nec spira|bat, nec mouebatur, sed adhuc tota rigida perma|nebat. DIXI ergo plebano: »probemus, si aliquod [2]) sig|num similitudinis passionis cristi possimus in cristine | capite reperire». ET ille dixit: »modum non uideo, quo | hoc possit fieri, quia facies sua simul cum capite | cum magna diligencia est cooperta». posuerat enim per | modum crucis brachia super pectus suum et pug|num manus dextre ad sinistram maxillam [3]) et sinistre | pugnum [4]) ad maxillam dextram collocauerat, modo | cancellato, et inter digitos peplum ex parte superio|ri strinxerat, quibus [5]) caput et faciem uelauerat sa|tis diligenter et artificiose. ad instanciam tamen | meam temptauit plebanus circa aurem dextram caput | discooperire, et quantum aduertere potui, ibi nullum | signum ualuimus inuenire. cum autem anteriorem | partem [6]) capitis discooperuisset, inueni- Item capite γ
mus III riuos | quasi de uno fonte sanguinis vulnerata est.
defluere, quorum quilibet | tenebat latitudinem duorum digitorum; EX quibus | duo extremi tendebant [7]) ad tempora [8]),

In pede dextro γ duo vulnera habet ad compatiendum christo.

[1]) AS sterlingo. [2]) liber aliquot. [3]) AS ad maxillam sinistram. [4]) AS sinistrum pugnum. fortasse legendum sinistre manus pugnum. [5]) lege quo(?). [6]) AS; liber partis. [7]) ita liber e corr.; fuisse uidetur ferebant. [8]) ita liber (tpa); AS ad ipsa [tempora], abbreuiandi modo non intellecto.

Digitized by Google

medius medium | iter uersus [1]) nasum tenebat. Diuine ergo presencie, | que se per signa tam euidencia prodiderat, honorem | exhibentes, amplius diuinum misterium formida|uimus perscrutari. (81) Post diem autem pasche audi|uimus a uirginibus secretariis suis, quod uestis | sua intima, corpori proxima, erat sanguine perfu|sa, ad latitudinem palme humane, circa locum, quo | situm cordis attingebat. sed et signa in manibus | eius euidencia intus et extra, sterlingnis [2]) laciora, sed | rotunda, omnes, qui commedimus et bibimus cum ea, per | totos [3]) octo dies diligenter contemplabamur; Mo|dicum autem ante solis occasum, cum ad se fuisset | *crist*ina reuersa, quod motus [4]) attractionis spiritus indicabat, | dixi ei: »Quomodo habes?» Respondit: »Debilis sum | plurimum; Noli michi plura loqui, quia non ualeo tibi res|pondere pre oris et palati amaritudine». Et di‖ligenter consideraui, quod hec ipsa uerba cum magno co|namine formauit; et quamuis laborauerit, adeo ta|men ea submisse protulit, quod uix poterant eciam aure | apposita percipi. Rediit autem ad se sine singulta|cione et sine quibuslibet uerbis, que a circumsedentibus po|terant audiri. Nos autem, ea relicta, reuertebamur | ad ecclesiam nec eam uidimus prius quam circa con|pletorium in sabbato sancto. Et cum ante lectum suum sede|rem et frater iohannes confessiones audiret, leticiam cordis | *crist*ine magnam per signa aduerti [5]) euidencia tam uerborum | quam factorum uel gestium [6]). Oracio enim et collacio inter | nos de dei dilectione et contemplacione percurrebat, | cuius *crist*ina materiam habundantem ministrabat | et ministratam augmentabat. summo autem ma|ne, in die sancto [7]) pasche, a patre suo in equo ad ecclesiam | est deducta sub habitu seculari; erat enim lintheo | exterius cooperta loco pallii, quia propter uulnera pedum | non potuit ambulare et ut, quod contigerat, omnino | occultaret. Nam in priori anno fama percrebu|erat, quod sibi acciderat; quod ex eo precipue contigit, | quia in

γ in latere

γ et manibus

γ amaritudinem fellis ore gustat.

γ equo ad ecclesiam uehitur propter opinionem hominum

40XIIIv

[1]) AS adversus. [2]) AS sterlingis. [3]) corr.; pr. m. toto. [4]) AS modus. [5]) AS adverti, per signa. [6]) liber; AS gestuum. [7]) AS sancti.

Digitized by Google

domo p*ropri*a co*m*mu*n*icauit. hac ergo arte u|sa est, ne cognosce*r*etur, neq*ue* q*uo*d fac*tu*m est c*ir*ca ea*m* | d*iu*initus diuulgaret*ur*. cu*m* aute*m* i*n* prima missa | co*m*mu*n*icasse*t*, i*n*mobil*is* i*n* om*n*ib*us* me*m*b*ris* et rigida | p*er*ma*n*sit [1]) ult*ra* meridie*m*, n*ec* ad p*ar*ticularium sensa|to*rum* discrec*i*one*m* rediit ante co*n*pletoriu*m*; Deuo|c*ion*is aute*m* signa et exultac*ion*is pl*ur*a uidim*us* in | *crist*ina. vna aute*m* die*rum* i*n* septimana pasche, p*re*|dica*n*te f*rat*re wipe*r*to, rapta est *crist*ina, et illo die | ma*n*sit sup*radict*o mo*d*o inse*n*sibilis usq*ue* ad uesp*eram* [3]). | In sabbato aute*m* ante d*omi*nica*m* in alb*is* ue*n*it frater | salomo*n* ungar*us* [4]) in stu*m*bele, me*us* amic*us* [5]) familia|rissim*us*, itur*us* p*ar*isius [6]) ad studendu*m*. et cu*m* a me | audiss*et* que co*n*tigera*n*t illis dieb*us* circa *crist*ina*m*, | rogauit me, ut dicere*m* ei, qua subtilitate uti | deberet, ut ea [7]) uid*er*e posset [8]). cui dixi: »Noli ea*m* sup*er* | hoc rogare, q*ui*a man*us* suas stati*m* absco*n*det; s*ed* | poci*us* aliq*ui*d resuendu*m* i*n* uestib*us* tuis require et | roga ea*m*, ut ill*u*d reficiat». Quesiuit ille et rup|tura*m* in cappa sua inue*n*it. Q*ua*m

Caute tegit gratiam sibi divinitus collatam, sed decipitur.

XIVr[1] cu*m* illa resueret, ||| uidit frat*er* salomo*n* q*uo*d desid*er*auit, uidelic*et* i*n* med*io* | utriusq*ue* man*us* int*us* et ext*ra* signa, de quib*us* sup*ra* | feci mencione*m*. hac ergo arte usus [9]) pie ea*m* cir|cu*m*ue*n*it, ut ignora*n*s secretu*m* p*ro*de*r*et, q*uo*d uolebat e*sse* | occultu*m*. (82) circa uesp*eras* i*n* d*omi*nica in alb*is* frat*er* her|mann*us*, p*ri*or colonie*n*sis, et Frat*er* arnold*us* de sa*n*ctis, | p*ri*or argentine*n*sis, tu*n*c diffinitor [10]) capit*u*li ge*n*e*r*alis, | cu*m* sociis suis uenerun*t* i*n* stumbele, i*n* uia ad ca|pitulu*m* ge*n*e*r*ale, q*uo*d in p*ro*ximo festo pe*n*tecostes p*ar*i|sius [11]) erat celebrand*um*; q*uo*s d*omi*na abbatissa de s*ancta* ce|cilia p*re*uene*r*at cu*m* suis domicellab*us*, ut eos colli|geret; Q*uod* et fac*tu*m est; Eram*us*q*ue* i*n* domo sua XIII | f*rat*res coll*ecti* et honeste recepti. In crasti*n*o aute*m* cu*m* | frat*er* hermann*us* prior *crist*ina*m* uidiss*et*, q*ua*m num-

---

[1]) ita AS; pr. m. i*n*mobil*is* est i*n* om*n*ib*us* me*m*b*ris* rigida | p*er*ma*n*sit; corr. et ante rigida posuit. [3]) AS Vesperas; sed cfr p. 64, u. 9. [4]) AS Hungarus. [5]) AS om. amicus. [6]) AS Parisios. [7]) ita pr. m.; corr. (et AS) ea*m*. [8]) AS; liber possit. [9]) sic AS ad exemplar u. 1 (et u. 14). liber causa. [10]) ita liber. AS definitor. [11]) AS Parisiis.

Digitized by Google

testimonium de [illa] prius aspexerat. hoc de ea prodiit testimonium de crastina mortuum. | Super faciem nostram est [a] hominis super terram conversantis. et vere [b] testimonium hoc verum erat. in facie illa quidam mihi etiam corporaliter relucebat, cuius similitudinem numquam mihi in multa alicuius mortalis. excepto uno. cum missam de beata virgine celebraremus et prior noster [c] predicaret de ewangelio: stabat iuxta crucem Iesu. quod illo tempore solent de beata virgine legere sequentes. tanta est crastina et usque ad vesperam immobilis et insensibilis permansit: quam plerique fratres considerantes in devotionem sunt accensi. Eadem autem prandio. fratres | quidam parisius [d] iturus [e] quidam colonias reverterentur. inter quos fuimus frater Iohannes et ego. reliquimus autem crastinam in sua devotione permanentem.

[3] Facto intervallo quasi XV dierum. venit colonias frater nicholaus henricus [f] | nunc temporis de provincia dacie definitor [g] capituli generalis. et dixit michi. quod missus essem parisius [h] ex parte provincie pro studii exercitacione. et quia eum secum non subito non poteram. quia festinavit. assumpto fratre mauricio. eum subsequebar. et quia non longe erat | a via. divertimus in stumbele. ut ibidem amicos nostros salutaremus: cum ergo sequenti nocte ibi pernoctassemus. in crastino facto prandio profecti sumus. prosequente me per nostrum hominum diebano et crastina et pluribus aliis usque in engendorp [i]. et ibi corporaliter a crastina divisa XV[2] est michi in homine. sum separatus. non absque sui cordis et mei intimo dolore. ut littere infra posite attestantur. veni autem parisius [k] sexta feria ante festum pentecostes anno domini M°.CC°.LXX[3]. omnia autem. que a principio usque hinc posita sunt. a fine anni M°.CC°.LXVII [l]. id est a

Nota annos, quos versibus et crastina continuerunt.

[a] corr. aus est. [b] AS vere. [c] AS Parisios. [d] ita corr.; pr. m. nicholaus henricus, forsasse non respuendum. [e] AS ie provincia Dacie nunc temporis Definitor. [f] ita liber hoc loco. AS Ingendorp. cfr p. 48, n. 10. [g] AS Parisios. [h] corr. LXXIX. [i] libratius M°.CC°.LXVII essent, si consuetudinis lucus, qua usque saepissime in sexto anno anni nota ponitur; cor. M°CLXXII.

festo beati thome apostoli usque ad dominicam terciam | 1269
post pascha anni [1]) M.CC.LXIX [2]), contigerunt [3]) tem|poribus prememoratis [4]); vnde hic terminatur tractatus | primus. |

Incipiunt epistole eiusdem fratris petri ad se|pissime predictam karissimam sponsam cristi cristi|nam et e conuerso [5]) et cetere [6]) prout pate|bit per processum [7]). |

Dicto de hiis, que oculis ui|di et auribus audiui tem|pore quo colonie studui|, nunc illa subicienda sunt | que scripto illorum [8]) intel|lexi qui interfuerunt, dum ego | parisius morabar. et ut lucidius illa intelligantur|, necessarium uisum fuit michi, ut et [9]) ea que scripsi ego, | uel saltem partem eorum, huic [10]) interponerem narracioni, | ut ex hiis intencio cordis mei intelligatur et rei | geste plenaria cognicio habeatur. post quam ergo | ueni parisius VI:a feria, ut dictum est, ante pente|costen cum fratre mauricio, cum eodem post festum coloni|am redeunte talem rescripsi litteram:

Epist. I. Karissime | in uirginis filio uirgini cristi cristine in uisceribus ca|ritatis [11]) in eternum [12]) diligende [13]) frater petrus sincere | caritatis augmentum in spiritu sancto. cum certitudi|naliter conniciam in corde meo, quod uobis uerbis | exprimere non possum et forte non decet, quod senci|o, ingens michi est certamen, utrum omnino silere [14]) | debeam, an aliquid dicere uel scribere insufficienter; sed | decreui, postposita uerecundia et neglecta in|sufficiencia, aliquid uobis de statu meo significa|re. cum michi in memoriam uenerunt dies preteriti, in | quibus in domo dei non solum cum consensu spirituali|, sed et cum consolacione et deuocione [15]) multiplici am|bulabamus [16]) — quia ut puto in

[1]) anni in libro dittogr. scr. [2]) corr. M.CC.LXXIX. [3]) AS contigerant. [4]) AS prænominatis. [5]) liber econuerso. [6]) corr. e ceterorum. [7]) Haec incipiunt — per processum rubrica scripta sunt. [8]) illorum bis scriptum priore loco puncta infra posita accepit, posteriore lineis inductum est. [9]) AS om. et. [10]) corr.; pr. m. huc. [11]) AS inserunt in spiritu sancto. [12]) liber ineternum. [13]) corr.; pr. m. diligente. AS dilectæ. [14]) corr.; pr. m. simile. (cfr p. 9 n. 1). [15]) AS om. et deuocione. [16]) hoc ambulabamus AS ponunt post in domo dei.

Digitized by Google

Digitized by Google

et ego ex intimis precordiis | animе mee, non qualеs teneor, sed quantulascumque possum, | graciarum uobis refero actio-
40 XIVv[a] nes, certissime uos certificans, || quod qualis fui presens, talis ero et absens, et opto, | quod uobis possim [1]) esse fidelior et deuocior.

(3) Huic lit|tere duas litteras respondentes recepi [2]) in die assumpci|onis beate uirginis, in hunc modum: |

Epist. II. 5 Dilecto fratri petro daco parisius | existenti cristina filia sua in stumbele suas | in domino oraciones. Noueritis, quod de recessu uestro ul|tra quam credidissem fui perturbata, quia fidelitatem | uestram, licet non multum referrem uobis, multum consi|deraui, et sperabam, sicut adhuc
10 spero, uos me de|bere sepelire. quedam requisiuistis a me, que uo|bis non reuelaui, vnde postea dolui; Et scio michi | bonum fuisse illa et alia plura uobis recitasse. sci|re eciam debetis, quod a festo iohannis baptiste non possum | orare neque confiteri, quin [3]) demon
15 ignito ferro me [4]) con|burat et pustulas michi faciat extra, in aparencia oris, [5]) | et intus; et hoc credo durare debere usque ad assump|cionem beate marie uirginis. Et quoniam michi fidelis fuis|tis in omnibus, quos michi ad amiciciam dequirere [6]) | potuistis, Rogo precum mearum in-
20 stancia, quod uos | michi acquirere plures uelitis amicos pro me inter|cedentes. Duo corporalia misissem uobis per latorem pre|sencium, si uoluisset deferre. Et quicquid uolueri|tis, michi demandetis, que omnia parata sum facere. valete |
25 karissime. salutat dominus plebanus uos, et intercedite | pro patre meo [7]), sicut uobis commisi. et scire debetis, quod | non est homo, quem libencius uiderem. vnde, si uobis | placuerit, me uideatis, quando potestis. |

Dæmon impedit christinam ab oratione, meditatione et confessione a festo Joannis baptistæ usque ad assumptionem beatæ virginis.

---

[1]) corr.; pr. m. (et AS) possum. [2]) AS accepi. [3]) corr. e quia. [4]) AS om. me. [5]) AS extra, in apparentia, foris et intus. Wollersheim aperiencia uult, non intelligens idem breuiandi signum ar et er significare neque memoria tenens apparere alia eius modi saepe per simplex p scribi. [6]) liber; AS requirere; legendum haud dubie acquirere, ut in u. seq. [7]) an pro parte mea legendum?

Digitized by Google

Epist. III. (4) Dilecto sibi i*n* *cristo* fr*atr*i, | petro gothensi, stude*n*ti p*ar*isius, Frater Gerai|dus de Grifone q*uic*q*uid* honoris et felicitatis po|terit exoptari. Noue*r*it, k*ar*i*ssi*me, ue*st*ra m*ichi* cara frater|nitas, q*uo*d dilecta ue*st*ra cristina post recessu*m* ues|tru*m* usq*ue* circa oct*au*as [1]) s*ancte* t*ri*nitatis co*n*petent*er* ua|luit et, secundu*m* cursu*m* stat*us* sui, i*n* satis tollera|bili tra*n*quillitate carnis et sp*iritus* requieuit. p*ost* | octaua*m* u*er*o trinitatis febres habuit t*er*cianas, | q*ue* tenuerun*t* ea*m* fere trib*us* septimanis et ualde | grauit*er* afflixeru*n*t. Quib*us* abcede*n*tib*us* [2]), ille nequis|sim*us* et antiq*uus* om*n*iu*m* malo*rum* i*n*uentor accessit; ||| qui eam, sicut ei uidet*ur*, sup*er* om*n*es penas XVr[1] pre|t*er*itas crudelius [3]) nu*n*c molestat. semp*er* e*nim* q*uando* | uult orare, u*el* q*uic*q*ua*m boni meditari, u*el* suas | negligen*cias* co*n*fiteri, ap*ar*et ei i*n* horrore i*n*tolle|rabili, et la*n*ceis et cultellis ea*m* p*er*forare niti|tur *et* minat*ur*, et h*oc*[4]) iam uersa est in tediu*m* | om*n*is boni . accidit quoq*ue* nup*er*, cu*m* sederet [5]) | ante reclusoriu*m* cu*m* multis p*er*sonis | aliis et aliq*uid* orare u*el* meditari conaret*ur*: | uenit dyabol*us* et sensibilit*er* ei lancea*m* infixit [6]) | in ore, ita q*uo*d *con*tinuo, uidentib*us* cu*n*ctis qui | adera*n*t, i*n* magna q*ua*ntitate euomuit sangui|ne*m*, q*uasi* de recenti uuln*er*e emana*n*te*m* [7]). Insup*er* et q*uod* | sibi g*ra*uius reputat om*n*i malo, uidet*ur* ei [8]) q*uasi* | om*n*ino eam d*er*eliquerit de*us*, q*ui*a iam aliquo|cie*n*s co*n*suetas dulcedines i*n* co*m*munione no*n* | sensit. Vn*de*, q*uo*d ex istis grauit*er* tribulat*ur*, rogo | uos, q*ua*tin*us* oretis p*ro* ea diligent*er*; q*uo*d tam*en* faci|tis [9]), sic*ut* credo.

γ 3b*us* septimanis tertiana laborat.

γ De*us* subtrahit *con*solati*on*is dulcedinem.

(5) Hiis duab*us* litt*er*is coniu*n*c|ta erat litt*er*a tercia [10]) quo ad mat*er*iam, quia | om*n*es agu*n*t de tribulac*ion*ib*us*, quas *crist*ina sus|tinuit a festo ioh*ann*is baptiste usq*ue* ad assu*m*p|cione*m* uirg*in*is gl*or*iose; q*ua*m accepi in uigilia | b*ea*ti francisci eiusde*m* anni. Tenor aute*m* eius | erat talis: |

---

[1]) octauam legendum puto. [2]) liber. AS ascendentibus. [3]) corr. [4]) casus abl. scilicet. AS hæc. [5]) sed*er*et repetitur in init. u. seq. [6]) corr. [7]) AS manantem. [8]) corr. [9]) AS facietis. [10]) AS inserunt [similis], sine causa. cfr p. 82, u. 17.

Digitized by Google

Epist. IV. Dilectissimo ac precordialissimo in cristo ihesu | fratri petro daco de ordine predicatorum, parisi|us existenti, cristina filia sua de stumbele totum | suum [1]) affectum et suarum precum effectum, eciam pos|se proprium. cum quadam uice ex tenore litterarum | uestrarum cognoscerem, qualiter specialiter ad me | habetis affectum — nec oporteret mirari, si hoc | uel saltem ore uel manu uel penna [2]) deberetis producere | in effectum [3]), quod intus in cordis coram oculis domini | lateret affectu [4]) — scire debetis, quod non minor [5]), sed | omnino idem est ad uos michi coram deo affectus, quam | in vestri presencia, sicut in absencia numquam fui | experta [6]), quia raro est, cum uestri memor sum in oracio|ne [7]), quin oculi mei deducant fontem lacri- XV r° ma|rum, recordans [8]) uestre fidelitatis et in cristo dilectio||nis. litteras uestras cum audirem legere [9]), non potui susti|nere sine lacrimis, tum [10]) propter hoc, quia cognoui commendacionis uerba ad me non pertinere, tum [10]) propter hoc, quia | uestram fidelitatem in illis cognoscens, ad plenum mi|rabiliter fui consolata. cum eciam frater mauricius ad | me ueniret, tota die fui contristata pro eo, quod ipse fuis|set uobiscum in recessu uestro, et quia repente recessistis, | et non potui pre magna tristicia nobis loqui sicut | desideraui. et cum fratres de terra uestra ueniunt, desolor pro | eo, quod longe a me in exilio permanetis, quia eciam | de uerbis uestris specialem sepius habui . consolacionem; | et quando loquebamini [11]) de dilecto, uidi uos accensum | in tantum,

[1]) corr. e situm(?). [2]) corr.; pr. m. pena. [3]) corr.; pr. m. prodere in effectu. [4]) ita liber. AS simpliciore uocum ordine: quod coram oculis domini intus in cordis lateret affectu. [5]) AS; liber miror. [6]) haec ita corrigunt AS: coram Deo affectus in absencia, quem unquam in uestri presencia fui experta. quam fortasse cum uoce quae est minor, non cum idem coniungendum est. an hoc modo uerba transponenda: ... quod non minor quam in uestri presencia, sed omnino idem est ad uos michi coram deo affectus, sicut in absencia numquam fui ... (experta suspectum habeo; quo ad sensum, leta non male legi possit; sed nihil decerno). [7]) AS concione. [8]) corr.; fuisse uidetur recordant. [9]) an legi legendum? [10]) corr. e cum. nescio an cum — tum sit legendum. [11]) corr.; pr. m. loquamini.

Digitized by Google

Digitized by Google

bui. [1]) aliquando cum proponerem commu|nicare, in tanta fui pena ex horrore et ex uisio|ne demonis illa nocte, quod putabam me sanguine|as sudare guttas. illud durauit per quindenam. | postea non delectabar audire missam [2]) nec uer|bum dei, nec loqui de deo nec orare ullo modo potui si|ne terrore ferri igniti. statim corpore domini suscepto, cum | irem ad locum consuetum, cor meum omnino mansit incon|solatum; vnde michi supra modum tribulacio fuit, et | hoc in omni mea communione usque ad dictum festum. | (7) tandem conbusta sum extra in ore uisibiliter ita, quod uide|bantur michi pustule albe circa mentum; quia [3]) toto | illo tempore numquam fuit rapta. [4]) illa conbus|tione [5]) per aliquot [6]) tempus durante et tandem sana|ta, alia quadam nocte conbuste sunt michi aures |. illa cessante, conbusti sunt oculi et frons et hoc adeo | miserabiliter, quod in oculis [7]) amicorum meorum uidebatur | miserabile, cum oculi [8]) essent [9]) ex lesione turgidi, et | pustule magne desuper; et postea nasus, in pla|tea [10]) fratre wilhelmo bonefant [11]) et fratre godefri|do de [12]) werde presentibus. et cum ista fuisset pena [13]) in cor|pore, nichilominus maiorem habui in corde per temptaci|onem: consuluit [14]) enim michi demon, quod negarem deum meum|, et quod essem sicut [15]) reliqui homines. et cum perpenderem | me esse in afflictione cordis et corporis et omnino | carerem [16]) diuina consolacione, ita fui desolata, quod | aliquando uidebatur michi, quod quasi a deo meo essem omni|bus modis derelicta, ita eciam, quod nusquam potui | me continere, sicut aliquando eciam uidistis. aliquando | cum

Aduritur per dæmonem ignito ferro in toto corpore, et invitatur ad Dei abnegationem.

[1]) haec et cum confiterer — debui AS contra librum praemittunt parenthesi: huius (cfr p. 70 n. 8) exposicionem — molestare. [2]) missam bis scr. [3]) liber; AS et. [4]) liber; AS fui rapta, emendatione plane necessaria, nisi Petro haec tribuuntur. sed in hoc loco sensu carere uidentur; melius, ni fallor, ponuntur post uerba ad dictum festum. [5]) pr. m., ni fallor, cobustione. [6]) liber; AS aliquod. [7]) AS in oculos. [8]) c est in ras. [9]) correctori tribuitur, t excepto. [10]) sic fortasse interpungendum. AS aliter. ad nasus audio conbustus est. [11]) AS Bonentant. Wollersheim, falso contendens librum Bonefanc exhibere, Bonifacius reddit, fortasse non iniuria. [12]) AS om. de. [13]) AS poena [magna]. [14]) s e corr.; lu supra add. [15]) AS sicuti. [16]) corr.; pr. m. carere.

Digitized by Google

medius medium | iter uersus [1]) nasum tenebat. Diuine ergo
presencie, | que se per signa tam euidencia prodiderat, hono-
rem | exhibentes, amplius diuinum misterium formida|uimus
perscrutari. (81) Post diem autem pasche audi|uimus
5 γ in latere a uirginibus secretariis suis, quod uestis | sua intima,
corpori proxima, erat sanguine perfu|sa, ad latitudinem palme
humane, circa locum, quo | situm cordis attingebat. sed et
γ et manibus signa in manibus | eius euidencia intus et extra,
sterlingnis [2]) laciora, sed | rotunda, omnes, qui com-
10 medimus et bibimus cum ea, per | totos [3]) octo dies diligenter
contemplabamur; Mo|dicum autem ante solis occasum, cum
ad se fuisset | cristina reuersa, quod motus [4]) attractionis spi-
ritus indicabat, | dixi ei: »Quomodo habes?» Respondit: »De-
γ amaritudinem fel- bilis sum | plurimum; Noli michi plura lo-
15 lis ore gustat. qui, quia non ualeo tibi res|pondere pre oris
et palati amaritudine». Et di‖ligenter consideraui, quod hec 40XIIIv
ipsa uerba cum magno co|namine formauit; et quamuis labo-
rauerit, adeo ta|men ea submisse protulit, quod uix poterant
eciam aure | apposita percipi. Rediit autem ad se sine sin-
20 gulta|cione et sine quibuslibet uerbis, que a circumsedentibus
po|terant audiri. Nos autem, ea relicta, reuertebamur | ad
ecclesiam nec eam uidimus prius quam circa con|pletorium
in sabbato sancto. Et cum ante lectum suum sede|rem et
Frater iohannes confessiones audiret, leticiam cordis | cristine
25 magnam per signa aduerti [5]) euidencia tam uerborum | quam
factorum uel gestium [6]). Oracio enim et collacio inter | nos
de dei dilectione et contemplacione percurrebat, | cuius cristina
materiam habundantem ministrabat | et ministratam augmen-
tabat. summo autem ma|ne, in die sancto [7]) pasche, a patre
30 suo in equo ad ecclesiam | est deducta sub habitu seculari;
erat enim lintheo | exterius cooperta loco
γ equo ad eclesiam uehitur propter opi- pallii, quia propter uulnera pedum | non
nionem hominum potuit ambulare et ut, quod contigerat, om-
nino | occultaret. Nam in priori anno fama percrebu|erat,
35 quod sibi acciderat; quod ex eo precipue contigit, | quia in

[1]) AS adversus. [2]) AS sterlingis. [3]) corr.; pr. m. toto. [4]) AS modus. [5]) AS adverti, per signa. [6]) liber; AS gestuum. [7]) AS sancti.

Digitized by Google

domo propria communicauit. hac ergo arte u|sa est, ne cognosceretur, neque quod factum est circa eam | diuinitus diuulgaretur. cum autem in prima missa | communicasset, inmobilis in omnibus membris et rigida | permansit [1]) ultra meridiem, nec ad particularium sensa|torum discrecionem rediit ante completorium; deuo|cionis autem signa et exultacionis plura uidimus in | cristina. vna autem dierum in septimana pasche, pre|dicante fratre wiperto, rapta est cristina, et illo die | mansit supradicto modo insensibilis usque ad uesperam [2]). | in sabbato autem ante dominicam in albis uenit frater | salomon ungarus [4]) in stumbele, meus amicus [5]) familia|rissimus, iturus parisius [6]) ad studendum. et cum a me | audisset que contigerant illis diebus circa cristinam, | rogauit me, ut diceret ei, qua subtilitate uti | deberet, ut ea [7]) uidere posset [8]). cui dixi: »noli eam super | hoc rogare, quia manus suas statim abscondet; sed | pocius aliquid resuendum in uestibus tuis require et | roga eam, ut illud reficiat«. quesiuit ille et rup|turam in cappa sua inuenit. quam cum illa resueret, ||| uidit frater salomon quod desiderauit, uidelicet in medio | utriusque manus intus et extra signa, de quibus supra | feci mencionem. hac ergo arte usus [9]) pie eam cir|cumuenit, ut ignorans secretum proderet, quod uolebat esse | occultum. (82) circa uesperas in dominica in albis frater her|mannus, prior colonien sis, et frater arnoldus de sanctis, | prior argentinensis, tunc diffinitor [10]) capituli generalis, | cum sociis suis uenerunt in stumbele, in uia ad ca|pitulum generale, quod in proximo festo pentecostes pari|sius [11]) erat celebrandum; quos domina abbatissa de sancta ce|cilia preuenerat cum suis domicellabus, ut eos colli|geret; quod et factum est; eramusque in domo sua XIII | fratres collecti et honeste recepti. in crastino autem cum | frater hermannus prior cristinam uidisset, quam num-

XIV$_r^1$

γ Caute tegit gratiam sibi diuinitus collatam, sed decipitur.

---

[1]) ita AS; pr. m. inmobilis est in omnibus membris rigida | permansit; corr. et ante rigida posuit. [2]) AS Vesperas; sed cfr p. 64, u. 9. [4]) AS Hungarus. [5]) AS om. amicus. [6]) AS Parisios. [7]) ita pr. m.; corr. (et AS) eam. [8]) AS; liber possit. [9]) sic AS ad exemplar u. 1 (et u. 14). liber causa. [10]) ita liber. AS definitor. [11]) AS Parisiis.

Digitized by Google

γ testimonium bonum de christina

quam | prius aspexerat, hoc de ea protulit testimonium: | »hec facies non est [1]) hominis super terram conuersantis». Et uere [2]) | testimonium hoc uerum erat. In facie illa quidam | nitor eciam corporaliter relucebat, cuius similitudinem | numquam uidi in uultu alicuius mortalis, excepto uno. | cum missam de beata uirgine celebrarem et prior arnol|dus predicaret de ewangelio; »stabat iuxta crucem | ihesu», quod illo tempore solent de beata uirgine legere secula|res, rapta est cristina et usque ad uesperam inmobilis | et insensibilis permansit; quam plerique fratres consideran|tes in deuocionem sunt accensi. Facto autem prandio, fratres | quidam parisius [3]) ibant, quidam coloniam reuertebantur, inter | quos fuimus frater iohannes et ego. reliquimus autem | cristinam in sua deuocione permanentem. |

(83) Facto interuallo quasi XV | dierum, uenit coloniam frater nicholaus henricus [4]) | tunc temporis de prouincia dacie diffinitor [5]) capituli | generalis, et dixit michi, quod missus essem parisius [3]) ex parte | prouincie pro studii exercitacione. Et quia eum sequi tam | subito non poteram, quia festinauit, assumpto fratre | mauricio, eum subsequebar. Et quia non longe erat | a uia, diuertimus in stumbele, ut ibidem amicos nostros | salutaremus; cum ergo sequenti nocte ibi pernoctas|semus, in crastino facto prandio profecti sumus, prosequen|te iter nostrum domino plebano et cristina et pluribus | aliis usque in engendorp [6]), et ibi corporaliter a cristina, di||- XIVr² lecta michi in domino, sum separatus, non absque sui cordis et | mei intimo dolore, ut littere infra posite attestan|tur. veni autem parisius [7]) sexta feria ante festum pen|thecostes anno domini M:O.CC:O.LXIX [8]). omnia autem, que a | principio usque huc posita sunt, a fine anni M:I,CC:I|LXVII [9]), id est a

Nota annos, quibus prædicta de christina contigerunt.

1269

[1]) corr. add. est. [2]) AS vero. [3]) AS Parisios. [4]) ita corr.; pr. m. nicholaus henrici, fortasse non respuendum. [5]) AS de provincia Dacie tunc temporis Definitor. [6]) ita liber hoc loco. AS Ingendorp. cfr p. 48, n. 10. [7]) AS Parisios. [8]) corr. LXXIX. [9]) librarius M:O.CC:O.LXVII posuit, ui consuetudinis ductus, quia longe saepissime in sexto casu anni notio ponitur; corr. MCCLXXVII.

Digitized by Google

1269 festo beati thome apostoli usque ad dominicam terciam | post pascha anni [1]) M.CC.LXIX [2]), contigerunt [3]) tem|-poribus prememoratis [4]); vnde hic terminatur tractatus | primus. |

Incipiunt epistole eiusdem fratris petri ad se|-pissime predictam karissimam sponsam cristi cristi|-nam et e conuerso [5]) et cetere [6]) prout pate|bit per processum [7]). |

Dicto de hiis, que oculis ui|di et auribus audiui tem|-pore quo colonie studui|, nunc illa subicienda sunt | que scripto illorum [8]) intel|lexi qui interfuerunt, dum ego | parisius morabar. et ut lucidius illa intelligantur|, necessarium uisum fuit michi, ut et [9]) ea que scripsi ego, | uel saltem partem eorum, huic [10]) interponerem narracioni, | ut ex hiis intencio cordis mei intelligatur et rei | geste plenaria cognicio habeatur. post quam ergo | ueni parisius VI:a feria, ut dictum est, ante pente|costen cum fratre mauricio, cum eodem post festum coloni|am redeunte talem rescripsi litteram:

Epist. I. Karissime | in uirginis filio uirgini cristi cristine in uisceribus ca|ritatis [11]) in eternum [12]) diligende [13]) frater petrus sincere | caritatis augmentum in spiritu sancto. cum certitudi|naliter conniciam in corde meo, quod uobis uerbis | exprimere non possum et forte non decet, quod senci|o, ingens michi est certamen, utrum omnino silere [14]) | debeam, an aliquid dicere uel scribere insufficienter; sed | decreui, postposita uerecundia et neglecta in|sufficiencia, aliquid uobis de statu meo significa|re. cum michi in memoriam uenerunt dies preteriti, in | quibus in domo dei non solum cum consensu spirituali|, sed et cum consolacione et deuocione [15]) multiplici am|bulabamus [16]) — quia ut puto in

[1]) anni in libro dittogr. scr. [2]) corr. M.CC.LXXIX. [3]) AS contigerant. [4]) AS prænominatis. [5]) liber econuerso. [6]) corr. e ceterorum. [7]) Haec incipiunt — per processum rubrica scripta sunt. [8]) illorum bis scriptum priore loco puncta infra posita accepit, posteriore lineis inductum est. [9]) AS om. et. [10]) corr.; pr. m. huc. [11]) AS inserunt in spiritu sancto. [12]) liber ineternum. [13]) corr.; pr. m. diligente. AS dilectæ. [14]) corr.; pr. m. simile. (cfr p. 9 n. 1). [15]) AS om. et deuocione. [16]) hoc ambulabamus AS ponunt post in domo dei.

Digitized by Google

conuersacione religi‖osa proficiebamus, quando interdum, licet 40 XIV$_v$[1]
rara hora et mo|dica mora [1]), ab ubertate domus dei inebria-
bamur | et torrente uoluptatis potabamur — quibusdam nunc |
tenebris, tediis et angustiis inuoluor. Nec mirum: | quia
mutacio subito facta contra uoluntatem de contra|rio in con- 5
trarium tristicie plurimum ingerit et turbacio|nis. Et licet hoc
sit omnibus generale, michi tamen | nunc ut tormentum in-
fligitur speciale, utique cui siue | iussio humana siue [2]) per-
missio diuina, peccatis tamen | meis exigentibus [3]), tantum
bonum cordis mei, dilectio|nis [4]) deuocionem et consolacionem, 10
ad tempus subtraxit, et exilium, tedium et laborem continuum subire iniunxit. | (2) o commutacio lacrimosa, tediosa, laboriosa! ubi | pro cordis gaudio, uoluntatis desiderio, mentis iu|bilo, consciencie solacio, dolor, labor [5]) et meror in|mu- 15
tantur. Nam huius grauissime inmutacionis uel | pocius desolacionis, ut nunc datur intelligi, prenuncie fue|runt ille piissime lacrime uestre, commixte utique | cum cordis mei gemitu, quas tam inconsolabiliter | in meo recessu effudistis; quas utique precordiis | meis infixas medullitus nulla um- 20
quam delebit ob|liuio: quin pocius eas in conspectu domini obtuli et | offeram, frequenter et feruenter rogans et suppli-| cans, quatinus [6]) uos, mei causa tam grauiter turbatam, | sua uelit dulcedine omnem tollente amaritudi|nem consolari et in 25
sua consolacione delectatam conser|uare iugiter dignetur. Quare autem hec et hiis simi|lia uobis in meo recessu non reuelaui, nec uos familiariter salutaui, puto uos causam, quam sepissime | experta estis, non latere. Nam uerecundia ex parte | mei et dolor, ut uidetur, ex parte uestri nec me 30
loqui| nec uos, etiam si dixissem, audire permiserunt. cete-
rum | hec de preteritis ad presens dicta sufficiant, ne me i|terum uos de nouo contingat perturbare, quam inten|do consolari. In hoc [7]) ergo sit finis, quod uobis [8]) sine fi|ne pro 35
preteritis beneficiis et familiaritatis precipuis | indiciis domi-
nus secundum diuicias bonitatis sue retri|buere dignetur. sed

[1]) pro his AS: licet raro et modice. emendaui ad uerba quæ exstant fol. XXII v[1], u. 14: licet rara hora et parua mora. [2]) AS seu — seu. [3]) corr.; pr. m. nescio an scripserit eigentibus. [4]) dilectionem legendum uidetur. [5]) corr. e labore. [6]) AS quod. [7]) AS his. [8]) liber nobis.

Digitized by Google

et ego ex intimis precordiis | animę mee, non quales teneor, sed quantulascumque possum, | graciarum uobis refero actio-
40 XIVv[a] nes, certissime uos certificans, ‖ quod qualis fui presens, talis ero et absens, et opto, | quod uobis possim [1]) esse fidelior et deuocior.

(3) Huic lit|tere duas litteras respondentes recepi [2]) in die assumpci|onis beate uirginis, in hunc modum: |

Epist. II. 5 Dilecto fratri petro daco parisius | existenti cristina filia sua in stumbele suas | in domino oraciones. Noueritis, quod de recessu uestro ul|tra quam credidissem fui perturbata, quia fidelitatem | uestram, licet non multum referrem uobis, multum consi|deraui, et sperabam, sicut adhuc
10 spero, uos me de|bere sepelire. Quedam requisiuistis a me, que uo|bis non reuelaui, vnde postea dolui; Et scio michi | bonum fuisse illa et alia plura uobis recitasse. sci|re eciam debetis, quod a festo iohannis baptiste non possum | orare neque confiteri, quin [3]) demon
15 ignito ferro me [4]) con|burat et pustulas michi faciat extra, in aparencia oris, [5]) | et intus; et hoc credo durare debere usque ad assump|cionem beate marie uirginis. Et quoniam michi fidelis fuis|tis in omnibus, quos michi ad amiciciam dequirere [6]) | potuistis, Rogo precum mearum in-
20 stancia, quod uos | michi acquirere plures uelitis amicos pro me inter|cedentes. Duo corporalia misissem uobis per latorem pre|sencium, si uoluisset deferre. Et quicquid uolueri|tis, michi demandetis, que omnia parata sum facere. valete |
25 karissime. salutat dominus plebanus uos, et intercedite | pro patre meo [7]), sicut uobis commisi. et scire debetis, quod | non est homo, quem libencius uiderem. vnde, si uobis | placuerit, me uideatis, quando potestis. |

Dæmon impedit christinam ab oratione, meditatione et confessione a festo Johannis baptistæ usque ad assumptionem beatæ virginis.

---

[1]) corr.; pr. m. (et AS) possum. [2]) AS accepi. [3]) corr. e quia. [4]) AS om. me. [5]) AS extra, in apparentia, foris et intus. Wollersheim aperiencia uult, non intelligens idem breuiandi signum ar et er significare neque memoria tenens apparere alia eius modi saepe per simplex p scribi. [6]) liber; AS requirere; legendum haud dubie acquirere, ut in u. seq. [7]) an pro parte mea legendum?

Digitized by Google

Epist. III. (4) Dilecto sibi *in cristo* fratri, | petro gothensi, studenti parisius, frater gerardus de grifone quicquid honoris et felicitatis poterit exoptari. nouerit, karissime, uestra michi cara fraternitas, quod dilecta uestra cristina post recessum uestrum usque circa octauas [1]) *sancte* trinitatis competenter ualuit et, secundum cursum status sui, in satis tollerabili tranquillitate carnis et spiritus requieuit. post | octauam uero trinitatis febres habuit tercianas, | que tenuerunt eam fere tribus septimanis et ualde | grauiter afflixerunt. quibus abcedentibus [2]), ille nequissimus et antiquus omnium malorum inuentor accessit; ||| qui eam, sicut ei uidetur, super omnes penas pre|teritas crudelius [3]) nunc molestat. semper enim quando | uult orare, uel quicquam boni meditari, uel suas | negligencias confiteri, aparet ei in horrore intolle|rabili, et lanceis et cultellis eam perforare nitiltur *et* minatur, et hoc[4]) iam uersa est in tedium | omnis boni . accidit quoque nuper, cum sederet [5]) | ante reclusorium cum multis personis | aliis et aliquid orare uel meditari conaretur: | uenit dyabolus et sensibiliter ei lanceam infixit [6]) | in ore, ita quod continuo, uidentibus cunctis qui | aderant, in magna quantitate euomuit sanguinem, quasi de recenti uulnere emanantem [7]). insuper et quod | sibi grauius reputat omni malo, uidetur ei [8]) quasi | omnino eam dereliquerit deus, quia iam aliquocies consuetas dulcedines in communione non | sensit. vnde, quod ex istis grauiter tribulatur, rogo | uos, quatinus oretis pro ea diligenter; quod tamen faci|tis [9]), sicut credo.

γ 3bus septimanis tertiana laborat.

γ Deus subtrahit consolationis dulcedinem.

(5) Hiis duabus literis coniunc|ta erat littera tercia [10]) quo ad materiam, quia | omnes agunt de tribulacionibus, quas cristina sus|tinuit a festo iohannis baptiste usque ad assump|cionem uirginis gloriose; quam accepi in uigilia | beati francisci eiusdem anni. tenor autem eius | erat talis: |

[1]) octauam legendum puto. [2]) liber. AS ascendentibus. [3]) corr. [4]) casus abl. scilicet. AS hæc. [5]) sederet repetitur in init. u. seq. [6]) corr. [7]) AS manantem. [8]) corr. [9]) AS facietis. [10]) AS inserunt [similis], sine causa. cfr p. 82, u. 17.

Digitized by Google

Epist. IV. Dilectissimo ac precordialissimo in cristo ihesu | fratri petro daco de ordine predicatorum, parisi|us existenti, cristina filia sua de stumbele totum | suum [1]) affectum et suarum precum effectum, eciam pos|se proprium. cum quadam uice ex tenore litterarum | uestrarum cognoscerem, qualiter specialiter ad me | habetis affectum — nec oporteret mirari, si hoc | uel saltem ore uel manu uel penna [2]) deberetis producere | in effectum [3]), quod intus in cordis coram oculis domini | lateret affectu [4]) — scire debetis, quod non minor [5]), sed | omnino idem est ad uos michi coram deo affectus, quam | in vestri presencia, sicut in absencia numquam fui | experta [6]), quia raro est, cum uestri memor sum in oracio|ne [7]), quin oculi mei deducant fontem lacrima|rum, recordans [8]) uestre fidelitatis et in cristo dilectio‖nis. litteras uestras cum audirem legere [9]), non potui susti|nere sine lacrimis, tum [10]) propter hoc, quia cognoui commen|dacionis uerba ad me non pertinere, tum [10]) propter hoc, quia | uestram fidelitatem in illis cognoscens, ad plenum mi|rabiliter fui consolata. cum eciam frater mauricius ad | me ueniret, tota die fui contristata pro eo, quod ipse fuis|set uobiscum in recessu uestro, et quia repente recessistis, | et non potui pre magna tristicia nobis loqui sicut | desideraui. et cum fratres de terra uestra ueniunt, desolor pro | eo, quod longe a me in exilio permanetis, quia eciam | de uerbis uestris specialem sepius habui . consolacionem; | et quando loquebamini [11]) de dilecto, uidi uos accensum | in tantum,

XVr [9]

[1]) corr. e situm(?). [2]) corr.; pr. m. pena. [3]) corr.; pr. m. prodere in effectu. [4]) ita liber. AS simpliciore uocum ordine: quod coram oculis domini intus in cordis lateret affectu. [5]) AS; liber miror. [6]) haec ita corrigunt AS: coram Deo affectus in absencia, quem unquam in uestri presencia fui experta. quam fortasse cum uoce quae est minor, non cum idem coniungendum est. an hoc modo uerba transponenda: ... quod non minor quam in uestri presencia, sed omnino idem est ad uos michi coram deo affectus, sicut in absencia numquam fui ... (experta suspectum habeo; quo ad sensum, leta non male legi possit; sed nihil decerno). [7]) AS concione. [8]) corr.; fuisse uidetur recordant. [9]) an legi legendum? [10]) corr. e cum. nescio an cum — tum sit legendum. [11]) corr.; pr. m. loquamini.

Digitized by Google

quod resoluebar [1]) in iocunditatem cordis mei | et in quandam hillaritatem exteriorem, et prorupi in quedam | uerba; quam iocunditatem et que uerba coram nullo hominum potuissem exhibuisse, nisi coram uobis, quia | uos noui meam intelligere intencionem. (6) propter quod | contristata sum, quia post recessum uestrum nullus est, | coram quo possim uel audeam ita facere, cum omnes | timeam et non sit michi cum eis sicut uobiscum: cum aliquando essem tribulata, et uos michi familiarius [2]) exhibuistis et e contrario [3]) ego vobis. sed scire debetis, quod | tunc non propter uos ita incessi, sed propter alia in corde meo | existencia. quare rogo, ne hoc uelitis inuertere [4]), quod | ego me talem uobis exhibui. uerumptamen licet hoc | rogem, tamen semper confido de uobis, quod [5]) nullus est, quem | in meis libencius tribulacionibus [6]) haberem, quia semper | paratus fuistis, cum tribularer, ad me uenire; propter quod contristata sum, quia post uestrum recessum plura | passa sum et in corpore et in corde; que omnia libencius uobis ore quam littera referrem. octo diebus ante festum iohannis baptiste usque ad assumpcionem beate uirginis [7]) continue fui in tribulacione. statim post | communionem altera die ad completorium territa fui candenti ferro — †cuius [8]) exposicionem a confessore suo quesiui et talem audiui: [9]) omni tempore, quando rapta fuit | post communionem, libera illa die qua communicauit et | sequenti usque ad completorium fuit, quocumque genere | temptacionis uel tribulacionis eam [10]) presumpsit molestare† [11]) — Et cum confiterer, ita quod obliuioni tradi‖di quecumque dicere de- XV^{v}

[1]) re est in corr.; fuisse uidetur de. [2]) AS inserunt [solatium]. [3]) liber econtrario; corr. econuerso. AS utrumque om., sed post uobis addunt: molestiam exhibui. aut uos obiecti nice fungitur (familiarem pro familiarius scribendum?) et me ad uerba ego uobis audiendum, aut familiaritatem legendum uidetur. credo enim Christinam idem his uerbis respicere, cuius mentionem fecit supra p. 67, u. 13 qq.; quod si uerum conieci, apparet correctorem errare e conuerso („meinestheils") restituentem pro ueris uerbis e contrario („im Gegentheil"). [4]) liber; AS in malum uertere. [5]) AS quia. [6]) AS in meis tribulacionibus libencius. [7]) AS beatæ Mariæ Virginis. [8]) AS Huius. cfr p. 71, n. 1. [9]) AS quesiuit et audiuit. [10]) AS post eam addunt [dæmon]. [11]) crucibus circumdedi ea quae narrationi Christinae interposuit Petrus.

Digitized by Google

bui. [1]) aliquando cum proponerem commu|nicare, in tanta fui pena ex horrore et ex uisio|ne demonis illa nocte, quod putabam me sanguine|as sudare guttas. illud durauit per quindenam. | postea non delectabar audire missam [2]) nec uer|bum dei, nec loqui de deo nec orare ullo modo potui si|ne terrore ferri igniti. statim corpore domini suscepto, cum | irem ad locum consuetum, cor meum omnino mansit incon|solatum; vnde michi supra modum tribulacio fuit, et | hoc in omni mea communione usque ad dictum festum. | (7) tandem conbusta sum extra in ore uisibiliter ita, quod uide|bantur michi pustule albe circa mentum; quia [3]) toto | illo tempore numquam fuit rapta. [4]) illa conbus|tione [5]) per aliquot [6]) tempus durante et tandem sana|ta, alia quadam nocte conbuste sunt michi aures |. illa cessante, conbusti sunt oculi et frons et hoc adeo | miserabiliter, quod in oculis [7]) amicorum meorum uidebatur | miserabile, cum oculi [8]) essent [9]) ex lesione turgidi, et | pustule magne desuper; ET postea nasus, in pla|tea [10]) fratre wilhelmo BONEFANT [11]) et fratre godefri|do de [12]) werde presentibus. et cum ista fuisset pena [13]) in cor|pore, nichilominus maiorem habui in corde per temptaci|onem: consuluit [14]) enim michi demon, quod negarem deum meum|, et quod essem sicut [15]) reliqui homines. et cum perpenderem | me esse in afflictione cordis et corporis et omnino | carerem [16]) diuina consolacione, ita fui desolata, quod | aliquando uidebatur michi, quod quasi a deo meo essem omni|bus modis derelicta, ita eciam, quod nusquam potui | me continere, sicut aliquando eciam uidistis. aliquando | cum

Aduritur per dæmonem ignito ferro in toto corpore, et invitatur ad Dei abnegationem.

[1]) haec et cum confiterer — debui AS contra librum praemittunt parenthesi: huius (cfr p. 70 n. 8) exposicionem — molestare. [2]) missam bis scr. [3]) liber; AS et. [4]) liber; AS fui rapta, emendatione plane necessaria, nisi Petro haec tribuuntur. sed in hoc loco sensu carere uidentur; melius, ni fallor, ponuntur post uerba ad dictum festum. [5]) pr. m., ni fallor, cobustione. [6]) liber; AS aliquod. [7]) AS in oculos. [8]) c est in ras. [9]) correctori tribuitur, t excepto. [10]) sic fortasse interpungendum. AS aliter. ad nasus audio combustus est. [11]) AS Bonentant. Wollersheim, falso contendens librum Bonefanc exhibere, Bonifacius reddit, fortasse non iniuria. [12]) AS om. de. [13]) AS poena [magna]. [14]) s e corr.; lu supra add. [15]) AS sicuti. [16]) corr.; pr. m. carere.

Digitized by Google

orare deberem uel confiteri, uidebatur michi, quod totum | 30
corpus meum conbureretur et liber, quem manu tenui, | et
ipse dominus meus plebanus, cui confitebar. tandem, | cum
soror mea gertrudis dormiret mecum in lec|to, una nocte
conbusta est illa in naso, vnde sequenti|bus noctibus a me
recessit. vltima nocte, a primo | galli cantu usque mane pa- 35
rum ante diem, fui in [1]) mi|serabili bello. venit demon et fe-
rens ferrum igni|tum perforauit michi aures, et cum teneret
ferrum in | auribus, clamauit, utrum adhuc uellem negare
de|um meum, uel ipse uellet me statim occidere. cum ha- 40 XV[v][1]
beret potestatem hoc facere. — †cuius [2]) expositionem talem |
audiui ab hiis, qui uulnera uiderunt: ferrum | longum erat,
quod dyabolus non auribus tantum infixit |, sed per trans-
uersum ab aure in aurem caput transfixit† | — respondi,
quia frustra laboraret, quia parata essem | mille mortibus 5
propter cristum subiacere. hoc dicto, uenit | ignis quasi ex
fornace et conbussit totam meam faci|em, vnde iacui quasi
nesciens, ubi essem, per totam noc|tem, et caput conbussit
circumquaque, et in gutture | pustulas ... [3]) et cum sic iace-
rem et cum uenirem ad me | ipsam, ita fuit michi, quod uolu- 10
issem iterato talia | sustinuisse, et pena cordis et corporis a
me pe|nitus fuit auulsa. (8) ipsa nocte apparuerunt michi |

γ 4:or dæmones pænarum autores apparent, et quare torserint dicunt.

IIII:or demones, stantes quasi coacti essent ad
aparicio|nem; et unusquisque demon nomen
suum ibi dixit — que | nomina exponebant 15
IIII:or penas illo tempore michi illatas —| et
fatebantur, licet inuiti, quod altissimus dedit eis | potestatem
hoc facere, et multum deum magnifica|bant [4]), et quod ipsi
erant propter hoc maiorem penam consecu|turi. tandem in-
perterrita dixi: »coniuro uos per uirtu|tem passionis cristi: 20
quare sic me conbussistis»? qui | responderunt aparentes, quod
uellet deus [5]) purgare sen|sus meos ad festum. et cum inci-
perent me commendare, | reposui me ad oracionem; inceperunt [6]) quasi flere, et | cum rugitu magno, quasi tectum se-
cum deferrent, reces|serunt. sequenti die aparuit facies mea [7]) 25

[1]) corr. add. in. [2]) AS Ejus. [3]) AS (fecit) pustulas. [4]) corr.; pr. m. — bat. [5]) AS Apparenter quod deus vellet. [6]) AS [illi autem] inceperunt. [7]) post mea fuit non.

Digitized by Google

co*n*|busta om*n*ino: maxille, oc*u*li, nasus, fro*n*s, et pus|tule magne [1]), ita q*uo*d om*n*ib*us* uisa fui, q*uasi* no*n* habe|re*m* facie*m*, s*ed* apparere*m* q*uasi* lepr*o*sa et p*er*cussa a d*e*o|. — †Dix*it* m*ichi* d*omin*us ioh*ann*es pleban*us*, q*uo*d facies sua adeo | turpit*er* erat lesa, q*uo*d ea*m* nullo m*odo* cognouiss*et*, n*isi* | p*er* alias co*n*dic*io*nes q*ua*sdam [2]) sanaret*ur*.† — Et ante ha|bui afflictio*n*es multas i*n* facie, et adhuc ap|pare*n*t stigmata. (9) post h*ec* om*n*i*a* [3]) apparuit m*ichi* de|mon duab*us* uicib*us* in sp*ec*ie begardi [4]). requisiui, q*uid* | inte*n*deret, et q*ua*re me persequ*er*etur [5]). Respondit dice*n*s: | »p*ro*pt*er* hoc persequor [6]) te, ut possu*m* [7]) te p*ro*uocare ad i|ram u*e*l alia p*ec*c*a*ta. Tu aute*m* stati*m* eleuas [8]) man*us* ad deu*m* et petis remissione*m* p*ec*c*a*to*rum*; ip*se* aute*m* mi|sericors i*n*dulget t*ibi*, et sic in uanu*m* [9]) laboro».

ut impatiens fiat γ tentat*ur*

XVIr[1] Q*ua*r|||ta feria post exaltacione*m* s*anct*e crucis, cu*m* ego pro|ponere*m* seque*n*ti die co*m*mu*n*icare, de sero ue*n*it ip*se* | in sp*ec*ie fratris mei colonie mane*n*tis, i*n* suo wam|basio, candela arde*n*te sup*er* cathedra*m* iux|*ta* lectum | meu*m*, appare*n*s multu*m* uulne*r*atus et plen*us* sangu*i*|ne; et dix*it* m*ichi*: »Ne t*er*rearis, soror mea k*ar*iss*i*ma! ecce | cu*m* debere*m* huc ue*n*ire, sicut co*n*sueui aliq*uo* temp*o*re, | uenerun*t* i*n*imici et uulnerauerun*t* me: ruua ergo [11]) | ligare me uuln*er*a mea, et celes [12]), ne mat*er* mea | i*n*telligat». respo*n*di, corrue*n*s in terra*m* et i*n*tellige*n*s, | q*ui*a ip*se*, [13]) dice*n*s: »o crue*n*ta bestia, q*ui*d me p*er*sequeris»? q*ui* | dixit: »video i*n* te e*ss*e aliud co*n*silium; wln*er*a hec | tu m*ichi* fecisti». et sic disparuit. Nup*er* co*n*tigit michi, cu*m* iacere*m* in eccl*es*ia: fracta est p*ar*s ianue, et wl|nerata fui et insup*er* perdidi pepla mea, et liber | me*us* ablatus est et perdit*us*, que*m* uos m*ichi* satis p*u*l|chru*m* fecistis. — †Iste est liber, que*m* dyabolus p*ri*us | abstulit et i*n* die pentecost*es*

dæmon sub specie fratris christinæ(?) [10]) eam decipere conat*ur* γ

aufert 2do librum dæmon γ

---

[1]) AS erant magnæ. [2]) sic corr.; pr. m. q*uas* (q*uis*?). [3]) corr.; pr. m. om*n*i. [4]) AS Beggardi. [5]) AS; liber p*ro*sequ*er*etur. [6]) AS; liber p*ro*sequor. [7]) AS possim. [8]) liber eleua*n*s; quod si retinetur, et ante petis est reiciendum. [9]) liber inuanu*m*. [10]) haec uerba fr*atr*is chri*stinæ* corr. posuit, iis quae scripta fuerunt atramento deletis. [11]) AS rogo. [12]) c est in ras. [13]) corr. (et AS) addunt e*st*. expectares esset.

Digitized by Google

retulit, ut supra dictum | est uisitacione III:a et VI:a; quem postea feci extra cum | aureis floribus ornari et cum argenteis tenaculis | et pulcris texutis [1]) et registris.† — Postea per VIII | dies propter dolorem uulneris ire non potui, et timeo | semper habere dolorem. propter hoc (10) hec omnia uobis scripsi |, ut multum regraciemini deo super omnibus suis bene|ficiis, qui semper michi in tribulacione succurrit | et bonum finem michi semper in ipsa facit. scire debetis, quod neminem scio, quem libencius uellem scire de | hiis et de omnibus michi contingentibus; quia uidetur michi quod | multum prosit michi, cum uos scitis. valete, MILLE BENE | UALETE HABETE. salutant uos multum plebanus, | mater mea et pater, de quorum debitis aliquantulum sum | tribulata; vnde rogetis pro eis dominum. salutant uos | soror mea hilla, et hilla de monte, et hilla, neptis | mea, et aleidis ceca, et engilradis, sua neptis|. clenodia uobis mitto per latorem presencium: pille|um, quem personaliter portetis, et campanam. insunt| [2]) herbe, [3]) quas comedetis. scire debetis, si aliqua ha|berem clenodia, que uos desideraretis, uobis libenter transmisissem. hilla de monte mittit uobis peplum suum. ROGO UOS per amorem dei UT, si aliquid a me habere uultis, || michi demandetis. MULTUM crucior super hoc, quod nescio, quam | diu ibi stare debetis, et numquam recordor [4]) nisi cum tormento cordis |. DE STATU UESTRO solicitor, quomodo ualeatis, et hoc [5]) li|bentur scirem; ET hoc michi quantocius demandetis. ROGO e|ciam uos per amorem dei mei ut, si recedatis de hoc se|culo, quod diu me, si potestis, [6]) post uos in exilio non per|mittatis. ITERUM dico ualete. sitis michi fidelis [7]) ad omnes | amicos. salutant uos recluse multum. oretis pro eis, | quia michi bene faciunt oretis pro fratre GERARDO de gripho|ne, quia multum infirmatur et timemus de morte sua; | ipse enim michi multum est fidelis.

XVIr[2]

---

[1]) AS tecturis. [2]) AS [cui] insunt. [3]) corr. supra add. species („Spezereien"), quae vox ei magis exquisita uisa est. (AS herbæ species). [4]) hoc recordor e mg. in hunc locum, duce signo quodam, traieci; AS om.; mallem post cordis uocem ponere. [5]) c e corr. [6]) liber diu si me potestis. AS si potestis me diu. [7]) AS fideles.

Digitized by Google

(11) Ad duo uerba, in | littera premissa posita, uidelicet quod sibi sic non esset me|cum sicut cum [1]) aliis hominibus, et de absentacione sui dilecti, | sic per duas litteras respondi; quantum ad primum sic: |

Epist. V. 15 Karissime in uisceribus caritatis cristi | sorori cristine, precipuo amori [2]) dignissime, non in | stumbele et in presenti tempore, sed in loco et in diebus eter|nitatis, frater [3]), utinam sic intencione ut nomine notus, [4]) | salutem [5]), et preter diuinum amorem alienum non solum non | suscipere, sed nec [6]) sentire quidem. karissima, non miremini, quod | huic forte inusitate salutacioni forte [7]) inusitatam | preposui [8]) optacionem, qua peto, ut sic meam putetis [9]) intencionem ut nomen. quod utique sic uolo uos intelligere, | quod, licet uos aliquando uiderim, [10]) aliquando uos uisitauerim, | numquam tamen intendi, quod affectionem [11]) uestram circa | me occuparem, uel saltem ad me inclinarem: quin | pocius, quantum sciui, laboraui uerbis, ostendi signis |, ut in cristi tota ferremini affectum, transferremini [12]) amplex|um; quem tociens non solum non formidando, sed et iubi|lando sponsum nominatis, ipsoque intimo gaudio non | solum nomen, sed et ipsam rem uobis uendicatis. [13]) quomodo enim solum nomen tantum causaret [14]) gaudium, in tan|tum resolueret [15]) tripudium, tantum faceret aliorum fasti|dium, tantum optineret non solum exteriorum, sed et interi|orum triumphum, ut oculus uigilans nil aliud uideat, auris nichil aliud audiat [16]), et generaliter nullus | sensus aliud senciat? probatum est apud philosophos et ap|probatum apud theologos, quod non potest sensus non senti|re presens suum sensibile [17]), sed nec potest in proprio obiecto | errando dissentire, nisi
40 XVIv[1] forte potencior sensus [18]) in tantum ‖ in suis actibus inten-

[1]) cum corr.; pr. m. in. [2]) ita liber. [3]) petrus add. corr. [4]) liber notas. [5]) AS; liber saltem. [6]) corr.; pr. m. ne. [7]) AS om. forte. [8]) AS proposui. [9]) liber petatis (unde fortasse putatis legendum?); AS penetretis. [10]) nescio an uerba uos aliquando uiderim e contextu seiungenda sint. [11]) corr.; pr. m. afflictionem. [12]) AS contra librum recte, opinor, ferremini et transferremini. [13]) uendicare = uindicare. [14]) ita corr.; pr. m. carent (careret?). [15]) AS solveret. [16]) corr. e uideat. [17]) corr.; pr. m. sensibilem. [18]) potencior sensus e coni. dedi; liber potenciores. AS potenciae superiores et paulo post intendantur.

Digitized by Google

datur, ut inferiores a suis indi|ciis [1]) abstrahantur. sed hoc solum uolo, ut frequenter | cogitetis, intime [2]) ametis, feruenter desideretis quidquid | illud sit, quod est tam uictoriosum, ut naturalia triumphet; tam intimum, ut omnes sensus exteriores in interiora | introducat; tam iocundum, ut sui ipsius obliui|osum uel pocius omnino insensibilem faciat; tam gau|diosum, ut se in se continere non ualeat, quin in uerbis et [3]) in ges|tibus prodat inuitus, quod uult omnibus esse occultum; quod | utique gaudium non solum uos letificauit, cui se non | solum exhibebat, sed et medullitus infundebat, immo | quam et [4]) implebat et inebriabat sed et [5]) eructare | faciebat; sed et me quoque indignum et in longinquo | regionis [6]) dissimilitudinis positum non modice nec [7]) | semel, sed multocies letificabat. quomodo enim non | letificarer in bono eius, quem [8]) sicut me diligebam? | cuius bonum tantum sicut meum fouebam? cui bonum | utique non aliud quam michi neque minus cupiebam. vos | utique estis in deo et post deum principium et finis | leticie mee et precipue spiritus mei primicie. (12) sed et, si | non sic fuerit usque in finem, obliuiscatur mei dexte|ra [9]) mea. Dicit quidam, quod amicus sponsi gaudio | gaudet propter uocem sponsi. Et quid, queso, faceret, si ipsi|us quoque sponse interdum uocem audiret, de qua | dicitur: vox tua dulcis et facies tua decora; spon|sus enim et sponsa dicunt: ueni. qui, inquam, audiret, | numquid [10]) non gauderet? audeo dicere: non solum gau|deret, sed et iubilaret, sed et uerbum bonum eruc|taret, quia et qui audit dicat: ueni! Maxime certe, | si ei daretur interdum preuento [11]) dilectione, inbuto de|uocione, induto cognicione, talibus nupciis interesse, | thalamum cum obsequio et reuerencia intoire [12]), epi|thalamium intente et deuote audire. O deus, deus meus! | quid tunc erit, immo quid tunc non erit, cum deus omnia in | omnibus erit?

[1]) corr.; pr. m. iudiciis. [2]) intime suspectum habeo. [3]) corr. add et. AS quin verbis et gestibus. [4]) liber (et AS) immo et quam. [5]) liber AS om. sed. [6]) AS in longinqua regione. [7]) AS non. [8]) AS quam, inre, opinor. [9]) AS mei dextra. [10]) ita, ut uidetur, corr.; pr. m., ni fallor, numquam. [11]) de preuento dubius haereo. [12]) sic correctorem uoluisse opinor, pr. m. intus ire.

Digitized by Google

quando mutuo sibi occurrent sponsus *et* | sponsa? ET sponsus quidem de optentis optatis nu|pciis exhilaratus, propter tantum festum precipuis | ornamentis decoratus, pro tam desiderabili coniunc|cione in distribucione donorum magnifica-
40 XVIv[a] tus, mul|titudine ministrorum honorificatus: cui sponsa oc-‖ currit ab omni peccati macula purificata, omni uir|tute decorata, omni gracia gratificata, omni uirtutum exercicio ditata, precipua familiaritate priuile|giata, sponsi sanguine qualibet purpura [1]) precio|siore et speciosiore ornata, secretorum
cognicione | illuminata, sponsi conuictu et consessu [2]) sublima|ta. quam mirificus occursus! quam floridus aspectus! quam | iocundus affectus [3])! quam deuotus et mundus affrictus [4])! | quam delectabilis conuictus! quam familiare colloquium! | quam deliciosum conuiuium! quam intimum oscu-
lum, vtique | non forinsecus oblatum, sed in precordiis celebratum; non | labiis expressum, sed medullis cordis inpressum; non os | ori tamen [5]) coniungens, sed cristo cristinam uniens, sed unum | spiritum cum eo efficiens; non cristum ad infima deiciens, | sed cristinam quod in cristo est sentire faciens.
(13) ipse enim | se cordi inprimit per dulcorem, intellectui se infundit | per splendorem, in membris insignia sua ostendit per | sticmatum decorem; in uerbis auditur, in factis percipitur, | in moribus presens esse cernitur; efficacia autem presen|cie sue ex hoc percipitur, quia ipse uulnera sanat,
dolo|res mitigat, timores propulsat, ... fugat, temptaci|ones sedat [6]), inimici rugientis seuiciam superat |, superbiam subiugat, maliciam punit et damp|nat, obliuionem malorum tolleratorum generat, auda|ciam tollerandi donat, insusitata
gaudia inspirat, | dulcedinem presencie sue ei communicat, secreta sua | ei manifestat, inter brachia sua eam collocat et in si|nu suo recreat, quando in abscondito faciei sue a conturbacione hominum [7]) eam occultat. ibi legitur et intelli|gitur: deus caritas est, et qui manet in caritate, in deo | manet et deus in eo. quis poterit estimari dulcior inha|bi-

---

[1]) corr. purpurata (sic). [2]) ita pr. m.; corr. consenssu effecit. [3]) AS affatus. [4]) AS affectus. [5]) liber; AS tantum. [6]) AS fugat tentationes, sedat [afflictiones] [7]) corr.; pr. m. omnium.

Digitized by Google

tator quam ipse deus, qui ex eo [1]), quod est dulcis hos|pes anime, commendatur? que uel [2]) poterit dulcior habi|tacio inueniri, quam idem [3]) ipse deus, quia ei et de eo dicitur: | sicut letancium omnium habitacio est in te? manenti ergo | in caritate deus seipsum hospicium exhibet, et in eo | uiceuersa requirit domicilium. o felix familiari|tas! o dulcis uicinitas! ubi deus recipit et recipitur. | felix hospes recipiens et receptus! et ut summa no|tetur familiaritas, uterque dicitur recipiens et uterque ||| receptus, deus scilicet et eius XVIIr amicus, quia uterque amat | et amatur. est autem amor diuinus extasim [4]) faciens, ut dicit diuus [5]) dyonisius, non sinens su|i ... [6]) sed amatorum. quid, queso, negare poterit deus ha|bitanti in se et sibi hospicium preparanti [7]) in se, cui | utique seipsum donauit? et [8]) quomodo non omnia | secum donabit? numquid aliquid alienum [9]) a se preciosius | quam se estimabit, ut se det et illud retineat? ab|sit. quin pocius uenerunt michi omnia bona | pariter cum illa, dicit ille precipuus amator, qui | premiserat: hanc amaui et exquisiui a iuuen|tute mea et amator factus sum forme illius; que|siui eam michi sponsam assumere. (14) karissima cristina cristi | sponsa, liceat michi tecum parumper confabulari. di|catis michi, queso, ubi manetis, quando nec uos metip|sam sentitis. puto quod nesciatis, an in corpore, an ex|tra corpus; immo quod plus est: scio quod nescitis, an | in mundo an extra mundum. o dulcissima, cui mun|dus angustus est et inmundus ad habitandum, | ubi te queram et ubi te inueniam, cui angus|ta est omnis creature latitudo, despecta quasi sub | pedibus iacens est; [10]) omnis creature [11]) altitudo bre|uis cernitur et transitoria; [12]) quantacumque eius longi|tudo despectabilis estimatur; omnis eius pulchri|tudo amara sentitur et fallax eius dulcedo. si in | hiis non inuenitis, ubi requiescat pes affectus | uestri, quin ab hiis omnibus et super hec mente excedatis: | indicate michi, ubi in meridie cubetis

[1]) AS; liber deo. [2]) AS uero. [3]) corr.; pr. m. item. [4]) extasim est in ras. [5]) ita liber; AS D. Dionysius. [6]) haec uerba mutilata uidentur; AS inserunt esse post sui. [7]) corr. e preparati. [8]) AS om et. [9]) liber (et AS) aliud. [10]) AS om. est. [11]) liber (et AS) creata. [12]) liber transsitoria.

Digitized by Google

cuperet, nil saperet, nullo alio consolaretur, | nullo alio delectaretur; pre dulcedine eius obstupesceret [1]) | sensus, insensibile iaceret corpus, in ignorantiam caderet | mundus uniuersus; non solum non timori, sed nec memo|rie occurreret diabolus? o karissima! o dulcissima [2])! numquid [3]) | cognacior ille uobis, quam uos uobis [4])? Numquid intimior? | numquid utilior? numquid delectabilior? ut uos [5]) contempna|tis et illum diligatis; ut uos [6]) negligatis et [7]) illum | teneatis; ut a uobis [8]) exeatis et [7]) ad illum ueniatis; | ut tedium uestri [9]) paciamini et [7]) in illo gaudeatis? vere | utique »Defecit cor meum et caro mea,« ait quidam; | »deus cordis mei et pars mea deus in eternum« [10]). prius | ergo oportet, ut cor deficiat, ante quam domini sui | partem inueniat, et necesse [11]) prius carnem [12]) in melius | commutari, prius quam cum parte, que [13]) deus est, uale|at innouari. sed ne in partem ponamus deum, qui se|cundum dyonisium et totum est et pars [14]), et neque to|tum est neque pars, deus cordis efficitur et pars fru|entis, cum cor et caro a propria natura non destituitur, | sed tamen ab eis omnis indignitas et infirmitas, | concupiscencia et inmundicia [15]) tollitur et diuina participacio | et fruicio conceditur. efficiuntur enim tunc per graciam u|num, que secundum naturam dissimilia et in infinitum | distancia esse probantur. (31) o mira et nimium miranda | diuina dignacio! creauit deus spiritum racionalem ad sui ymaginem et similitudinem, et eum tante amicicie | federe limo terre copulauit, ut nec sub quantacumque | miseria ab eo uelit separari; et nunc, quasi oblitus pre|teritorum operum, eundem spiritum tanta dulcedine allicit [16]) ad | se et se ipso afficit et illicit, ut non solum limi, sed et | sui obliuiscatur, omniaque reputat [17]) ut stercora, ut | cristum lucrifaciat. o dulcissime ihesu! o uiolentissime | amor et amator! numquid dissoluere uis, quod bona [18]) racio|ne compactum

[1]) nisi plur. num. hoc quoque loco scribendus est. [2]) AS dilectissima! [3]) AS numquam. [4]) sic AS, recte, quod uideam. liber nobis. [5]) liber (et AS) nos. [6]) liber; AS nos. [7]) AS ut, cum pr. m.; corr. et. [8]) AS nobis. [9]) AS nostri. [10]) liber ineternum. [11]) AS necesse est. [12]) corr. e carnere(!). [13]) AS qui. [14]) AS et pars om. [15]) corr.; pr. m. inmundia. [16]) corr.; pr. m. alicit. [17]) reputet legendum. [18]) liber bone.

Digitized by Google

est? »non» ait; »sed uolo hac arte corpus, cuius | sensus in malum ab adolescencia sua [1]) proni sunt, per spiritum | sic [2]) affectum ad me conuertere et attrahere, ut meo degus|tato spiritu desipiat [3]) omnis caro. quod [4]) ex eo manifestis|sime
40 XXv[1] conprobabo, si eciam in uita [5]) presenti alicui tantam con‖ 5
tulero mee beatitudinis et dulcedinis exuberanciam, | ut mente excedat propriam naturam, ut magis uelit esse | mecum quam secum, cupiatque a se et in se dissolui, ut | me possit perfrui. Tali enim arte ad me traham spiritum, | mea ymagine
5 insignitum, et per eum lucrabor limum ex | omni elemen- 10
torum [6]) genere conpositum, ut, sicut a me creata sunt | corporalia et spiritualia, sic utraque secundum modum sibi pos|sibilem pro me et in me beatificentur et a se quodammodo a|lienentur, ut in me transformentur». Iohannes schotus [7]) primo libro | de natura: »sicut aer, a sole illuminatus, 15
10 nichil aliud uide|tur esse nisi lux, non quia sui naturam perdat, sed quia lux in | eo preualeat, ut id ipsum lucis esse estimetur; sic [8]) huma|na natura, deo adiuncta, deus per omnia dicitur esse, non quod | desinat esse natura, sed quod deitatis participacionem accipi|at, ut solus in ea deus esse 20
15 uideatur». »In carne», inquit, »me|a uidebo deum saluatorem meum», ac si [9]) dixisset: in hac | carne mea, que multis tempestatibus affligitur [10]), tanta | gloria futura sit [11]), ut, quemadmodum nil in ea nunc aparet | nisi mors et corrupcio [12]), ita in futura uita nichil in ea | apparebit nisi solus 25
20 deus, qui uere est uita immor|talis et incorrupcio. (32) huius future et beate uite expres|sior est similitudo [13]) in uobis quam in aliquo alio morta|lium. quis michi det, ut desiderium meum audiat omnipotens, | ut tali possim uiuere uiuendi modo uel, ut uerius dicam, diuino dono, sicut 30
25 uiuitis, quando abscondimini in | diuine faciei [14]) abscondito et protegimini in tabernaculo | ab hominum conturbacione

---

[1]) AS tua. [2]) AS in pro sic. [3]) corr. [4]) AS quo. [5]) corr.; liber inuita. [6]) corr. t supra posuit. [7]) corr.; pr. m. soctus. [8]) corr.; pr. m. hic. [9]) corr.; pr. m. hac si. [10]) ante a est ras unius litterae. [11]) AS est. [12]) -io est in ras. [13]) liber expressiorem similitudinem. AS expressiorem [invenio] similitudinem. [14]) liber facie.

Digitized by Google

et linguarum contradictione: si, in|quam, huiusmodi [1]) uite aliqua uel extrema participacio daretur | michi, quam patienter et diligenter [2]) ascultarem! quam | intime iocundarer! quam affectuose congratularer de | uestro et vestri dilecti
5 concursu et conuictu, coniunctione | et coniocundacione duorum michi tam dilectorum et de|sideratorum, sibi inuicem karissimorum, cum ex parte uestra audi|rem uota deuocionis, uerba dilectionis, sonos obedici|onis, preces expectacionis, gaudia suscepcionis, exul|tacionis, perfruicionis [3]), desideria
10 remansionis, suspiria separa|cionis et fletus desolacionis! ex illo aduerterem continu|am et solicitam custodiam eciam in aduersis exhibitam, | tutelam et cautelam, interdum quoque oblatam desidera|tam presenciam, tocius bonitatis exuberanciam, tocius ‖ gracie influenciam, tocius lucis resplendenciam, XXv
15 tocius gau|dii habundanciam, tocius beatitudinis substanciam et perseue|ranciam: si, inquam, michi daretur talibus interesse conuiuiis, uel | pocius tam sacris et secretis nupciis, tam desidera|torum perfrui presenciis, quales creditis, quod in corde me|o uerterentur [4]) cogitaciones, orirentur affectiones,
20 multi|plicarentur emulaciones? numquid non isti, quamuis prius | dilecte, indignarer, irascerer, inuiderem eo quod [5]) preripuit | michi meum maritum, intimum amicum, iocundissimum cor|dis gaudium et precordiorum meorum desiderium? et illi of|fensus obiciam et inpacienter murmurem,
25 quare ad ali|um et non ad me . . . declinauit [6]), sua presencia letificauit, | sua dignacione honorauit? numquid audebo dicere: | »ad me intrabis, quia mercede conduxi te?» (33) non utique; quia | omnino pauper et inops sum, nec habeo, unde hanc | mercedem soluam, puritatem dico et caritatem,
30 deuoci|onem simul et honestam conuersacionem, iugem et fer|uentem oracionem, sublimem et affectuosam contem|placionem; cui enim presto [7]) sunt hec, areola est aromatum, | ad quam dilectus descendit, et hortus [8]) liliorum, in quibus | pascitur et que colligit. ideo utique soror mea, que hiis |

[1]) AS huius. [2]) liber pacienter diligenter et diligenter. [3]) liber; exultacionem (-es) perfruicionis legendum conicio. [4]) corr.; pr. m. uerberentur. [5]) eo corr. ex et; quod add. corr. [6]) AS [sua gratia] declinavit. [7]) AS præstita. [8]) AS sartum.

Digitized by Google

habundat bonis, iunior quidem etate, formosior ca|ritate, amabilior puritate, locuplecior omnium bo|norum copiositate, iocundior consciencie sincceritate [1]), | delectabilior uoti [2]) et uoluntatis conformitate, subri|puit maritum meum michi. Et utique satis digne; quia | et illi sponsus est pro meritis conueniencior, pro bene|placitis conformior, pro secretorum communione famili|arior; sed et soror est ei in multiplicacione bonorum | operum quasi filiorum procreacione fecundior. Quid igitur | michi restat, qui annis antiquior, nupciis iam | factus inepcior — quia corde frigidior, facie rugosior, mer|cede pauperior, fetu sterilior, superductione [3]) iunioris | sororis despectior — nisi ut, qui in me placere non me|rui, saltem caueam displicere? (34) scio, quid faciam. exhibebo | me sorori mee familiarem et sponso eius deuotum | et obsequiosum, ut et hec michi saltem de effluencia gau|diorum et sciencia secretorum aliquid communicet, et ille | eo libencius, frequencius, festiuius et familiarius ueni|at, dum in una soro-
XXIr¹ rum paratum inueniat thalamum cordis ||| et in alia promtum reperiat obsequium corporis [4]), in utraque | autem desiderium deuote expectacionis. sic igitur placabo sponsum precibus, placabo muneribus, placabo ob|sequiosis operibus; et dicam, ut facilius [5]) alliciam, effica|cius suadeam et forcius trahamm: habeo sororem iuniorem, | [6]) uenustiorem; ad illam ingredere, illi coniungere, illam am|plectere, ut uel sic memoria mei ab affectu eius non delea|tur. Tu autem, soror mea karissima, saltem tunc memento | mei, cum bene tibi fuerit; — Et o quam bene! — ut suggeras [7]) di|lecto, ut de isto carcere tedii et laboris, exilii et doloris | me educat, quo in hoc corpore mortis detineor captiuus; Et si forte ei non placet [8]), quia nondum merui, ut | in locum lucis et refrigerii me inducat, saltem in sta|tum pristinum me reducat, ut aliqua uel interrupta so|lacia spiritualisque matrimonii signa et intersignia | intelligere et percipere merear simul et sentire, et delecta|bili perfrui presencia mee sororis et sui amatoris

[1]) AS suavitate. [2]) liber, ut uidetur, uoci. [3]) ita liber. AS superdictione. [4]) AS; liber cordis. [5]) ras. inter facilius et alliciam. [6]) AS inserunt et. [7]) liber sugeras e corr.; pr. m. sugas. [8]) AS Et si Factori [meo] non placet.

Digitized by Google

simul | et consolatoris, et sibi congaudere in eorum consolacionibus, | qui de meis desolacionibus non sufficerem, si aduerterem, | plangere et dolere. quomodo non inuitor ad planctum et | luctum, fletum et cilicium, qui iam de nouo expulsus de | paradiso cogor carcerem horrendum intrare, et ex|ilium ipsa morte grauius subire? quid enim sum ego michi ip|si derelictus, nisi carcer horrendus? »educ«, ait quidam | inconparabiliter me sanctior, »de carcere animam meam;« | et alius non inferioris uir [1]) sanctitatis: »infelix ego ho|mo! quis me liberabit de corpore mortis huius?« sum er|go ego michi, sine sponso tuo et te, carcer tene|brarum et corpus mortis, que [2]) est finis infinitarum | precedencium aliarum penarum, minimeque michi in me et | ex me aliquod inuenio laborum remedium uel dolorum so|lacium. (35) et quamuis uos intelligo meam intelligere inten|cionem, propter quorundam tamen carnalium et carnaliter | diiudicancium uitandam deprauacionem ex superfluo | addo: quia et uos, sine uestro dilecto et meo, estis ut | domus scopis mundata; quia multiplicibus [3]) penis | purgata et ornata, quia multifaria uirtutum serie | decorata, domino tamen domus orbata. que autem pote|rit esse [4]) familie sine domino leticia? que obediencia? | que ordinacio recta? que execucio legitima? ‖ que recon- XXIr pensacio laborum iusta? karissima, hec omnia, | absente domino domus, nutant [5]) et vacillant, et ideo nec | in uobis sine uestro dilecto inuenit anima mea requiem | sibi. eo autem adueniente et manum largitatis su|e aperiente et omne animal benedictione implente, | quis paradysum non estimet locum lucis et refrigerii, | in quo cum sponso tuo tam deliciose conuersaris, | tam familiariter confabularis, tam intime colleta|ris, tam utiliter et sinceriter fecundaris, tam priuile|giosis muneribus gloria|ris, tam expresse eciam corporaliter | illi assimularis? ubi nichil auditur nisi laus spon|si, nichil uidetur nisi sanctitas sponse? nam ibi sponsus ue|hemenciam sui prodit amoris in familiari [6]) cohabi|tacione, secretorum reuelacione, priuilegiatorum gau|diorum communicacione. sed et sponsa, quamuis pre uere|cundia opera sua

[1]) AS om. uir. [2]) AS qui. [3]) ita AS. liber multi pluribus. [4]) AS poterit autem esse. [5]) corr.; pr. m. mutant. [6]) liber infamiliari.

Digitized by Google

occultet, tamen pre uiolencia dilectio|nis facit apertum, quod omnibus cupit esse incognitum. | inde est, quod in absencia sponsi altissima suspiria | audiuntur, habundantissime lacrime effunduntur, | abstinencie uigiliis, oraciones disciplinis con-
20 iungun|tur, ut uel sic ad misericordiam flexus reuertatur, in 5
presencia autem | uerba amatoria, dulcia et dulcisona proferuntur, | risus et iubilus, gaudium et tripudium non solum in|tus senciuntur, sed et extrinsecus exprimuntur, odor | mi-
25 rificus et odor [1]) deificus eciam ad circumstantes mi|rabiliter et supernaturaliter sparguntur. (36) inter hec nescio, quid | 10
uobis rescribam de [2]) hoc, quod scripsistis: »conqueror uobis | de absencia mei [3]) dilecti« [4]). uerbum enim est nimie amaritu|dinis. »omnia simul in te uno habentes«, ait quedam: [5]) | »te non debuimus dimittere [6]) ire a nobis«. de quo quasi
30 dis|simulo rescribere, quia non ualeo intelligere. non enim 15
potest | de absencie acerbitate iudicare, qui dulcedinem pre|sencie non meruit degustare. conquerimini inui|cem, quod me in uestris tribulacionibus non habuistis presen|tem; de
35 quo et ego ex intimis precordiis meis | doleo, quia deus hac gracia me [7]) permisit frustrari: qui | licet in paruo uel nullo [8]) 20
uobis profuissem, certus tamen | sum, quod non obfuissem. scire uos credo, quod corde uobis|cum semper presens sum, vel ut apercius dicam: vos sem|per presens estis [9]) cordi meo,
40 XXIv' immo et in corde, sicut || utique decet, immo necesse est
mutuo amantem in | amatum transformari. hoc ideo dico, 25
quia non solum di|ligere, sed et diligi me sencio. superest [10]) adhuc in|ter uerba plurima dulcisona, que michi mandastis, | quod scripsistis: »vobis, sicut michi est in corde, non
5 pos|sum scribere« [11]). connicio enim, de quo exierit caritatis [12]) fer|uore, et quo continebatur uerecundie uirginalis 30
pu|dore, ac si hoc sit, quod dicitur: absque eo quod intrinsecus | latet. litteras uestras memoriter teneo, frequenter |
10 perlego, habundanter fleo et intime gaudeo [13]). que | quo-

[1]) hoc odor uidetur in aliam uocem emendandum. [2]) rescribam de corr.; pr. m. rescribate. [3]) AS om. mei. [4]) cfr p. 87, u. 7. [5]) sic pr. m.; corr. quidam. respicitur scilicet Tobiae liber x, 4, 5, ubi Hanna loquitur [6]) AS demittere. [7]) AS me hac gratia. [8]) AS vel in nullo. [9]) AS præsentes estis. [10]) liber Super est. [11]) cfr p. 87, u. 16. [12]) ita corr.; pr. m. caritas. [13]) liber gaudio.

Digitized by Google

modo conueniant, qui legit, intelligat. ROGO | uos, intuitu diuine dilectionis, eterne remuneracionis | et mee consolacionis in perpetuum [1]), ut michi scribi facia|tis de statu uestro, quantum colligere potestis in u|num quaternum.

Littere deinceps subiciantur [2]) conti|nentes ea que contigerunt circa cristinam a natiui|tate domini usque pascha: |

Epist. XI.

γ ablatas in natiuitate domini vestes in purificatione refert

Karissimo suo fratri petro, studenti parisius, fra|ter mauricius suus intimus salutem cum since|ra dilectione. DIABOLUS omnes uestes cristine abstule|rat circa natale domini, quas omnes retulit confusus | in purificacione, et alias quasdam ei fecit penali|tates. scripta festinanter in dominica: »exurge! quare | obdormis?«

hanc recepi in die beati GEORGII. |

Epist. XII.

(37) Dilecto in cristo fratri petro de dacia parisius ex|istenti, IOHANNES plebanus in stumbele quidquid [3]) pote|rit honoris et dilectionis exoptare. DILECTE, litteras uobis | scripsi, quas omni affectu meo scripsi. ET scire debe|tis, quod filia uestra cristina in afflictione magna est; | tamen [4]) dominica »reminiscere«, predicante fratre gerar|do de grifone de passione domini, recepit ipsa v uul|nera et in capite coronam, et felle potata est. hec | uobis, ipsa nesciente, notaui. haguigi [5]) est abla|tum suum psalterium a demone.

γ vulneratur a dæmone. psalterium ei auferetur.

hanc litteram cum se|quenti recepi in die beati petri martiris |.

Epist. XIII.

(38) Dilectissimo in cristo ihesu fratri petro de dacia, parisi|us existenti, cristina sua filia uel soror in | stumbele salutem et quidquid [3]) in domino uel melius | uel utilius possit exoptare. KARISSIME, scire debe|tis, quod pro uobis intime solicitor, et licet uobis ‖ sepius scripserim, tamen adhuc di- XXIv
mittere non possum, | quin uobis scribam, quantum sit meum [6])

[1]) liber inperpetuum. [2]) AS subjiciuntur. [3]) liber quid quid. [4]) tandem legendum opinor. [5]) ita liber, quod non intellego; hac uigilia legendum coniecit Andreas Esser, pastor ecclesiae Juliacensis. [6]) AS meum sit.

Digitized by Google

desideriu*m* circa uos, | uidelic*et* habendi uestra*m* p*re*senciam, que m*ichi* ita bona | fuit, et quomo*do* uos cupiam i*n* uiscerib*us* ihesu *cristi* | et quomo*do* desidero nos [1]) uid*e*re inuice*m* in regno dei | nostri. vn*de* rogo uos intime, quatinus, si aliquo mo*do* | procurare potestis, quod colonie p*er* aliquod tempus stetis. | ınsuper uobis numqua*m* sufficio regraciari super conso|lacione m*ichi* missa p*er* litteras uestras, que ita bona m*ichi* [2]) | fuit; quod deus uobis reddat in eternu*m* [3]). pretere*a* ea | que michi scripsistis nuper, qualiter iam dudum deside|rastis scire de statu meo et notari in quaternum: | scire debetis, quod hoc propono, quantum possum, et in hoc | habetis prerogatiuam, quia nemini sub celo facere | hoc bene possem. propter hoc sic [4]) uobis promitto, quia confi|do uobis, quia, sicut ego meipsam, uos me in omnibus | consueuistis custodire. super hec omnia fidelissime | uos rogo, quatenus michi, quantos habere potestis, in|tercessores procuretis et uos pro me, sicut de uestris | habeo confidenciam oracionibus, intercedatis [5]), quia mag|na michi incumbit necessitas, quia omni nocte in tan|ta sum passione, quod uidetur michi, quod non possim uiuere, | quia de me tanto tedio afficior, quod uidetur michi, quod illi | qui in seculo sunt meliorem habent uitam; et despero de | deo, licet michi molestum sit. ın hiis plus crucior, quam | uobis ad presens scribere uelim, et in tantum reluc|tor per dei adiutoriu*m* usque ad effusionem sanguinis | naris et oris; nec eciam delector in aliquo bono: pro | quo miserem*ini* mei. debilis sum in corpore, in latere [6]), et | in capite; exteriorem autem penam a demone a natiui|tate non habui. quarta feria post »inuocauit« [7]) uenit | multitudo demonum in meam cameram et, me au|diente a principio, vnus primo ad [8]) alium loquebatur, quan|tum malum michi fecerant, et quibus temptacionibus | uicissent [9]) et quibus uicti essent, et que eorum pena | fuisset. tandem in recessu dimiserunt frusta [10]) pel|licii ibi, quod conbusserant. rogo uos intimo

desperatione tentatur.

[1]) liber; AS vos. [2]) AS om. m*ichi*. [3]) liber ineternum. [4]) corr.; pr. m. si. [5]) legendum uidetur: uos pro me, sicut de uobis habeo confidenciam, oracionibus intercedatis. [6]) AS in pectore. [7]) ita liber; AS inuocabit. [8]) corr. add. ad. [9]) pr. m.; corr. uicissem. [10]) corr.; pr. m. et AS frustra.

Digitized by Google

corde, | quatenus michi sepius de statu uestro scribatis, quia | si sciretis, quantum michi gaudium esset uidere litte|ras uestras, libenter faceretis. salutant uos pater me|||us et ma- 40 XXIIr
ter mea. Rogo uos, sicut uos pro me, | ita pro eis oretis.
(39) hanc cum precedenti recepi in die | beati petri martiris.

Huic littere per duas [1]) res|pondi, quarum prima est de sepius scribendo, se|cunda de statu meo. |

Epist. XIV. Karissime et omni caritatis affectu dignissime | sorori cristine frater petrus copiose carita|tis in spiritu sancto sinceritatem cum oracionibus. quoniam | noui, quo spiritu familiaris dilectio inter nos concep|ta est, et quo conseruante custodita, et quo conce|dente [2]), ut spero, conseruabitur in eternum [3]), ideo uobis | familiarius [4]), frequencius et feruencius scripsi, pro | ut michi cor suggessit, credens uos, eodem spiritu pre|uentam et impletam, faciliter intellecturam, quod scribe|bam. Et gaudeo et in eternum [5]) gaudebo [6]), quia, sicut crede|bam, euenit michi [7]); quia, licet nunc monendo, nunc quasi argu|endo, nunc exhortando, nunc commendando pro libito [8]) | scripserim et uerbis satis obscuris et sententiis | quasi interruptis; quod tamen te [9]) unctio docuit de omnibus | intelligendis et secundum intencionem [10]) interpretandis [11]). | vnde exposicionem meam gaudeo uerificatam super il|lo: »nonne cor nostrum ardens in nobis erat«? uerum licet | uos non lateat, quod in cordis mei intimis moni|torem et efficacissimum motorem habeam, uestri scilicet in | diuina dilectione, sancta conuersacione et spiritus sancti con|solacione profectum, sed et mutue caritatis, sincere | familiaritatis et precordialis in deo societatis | affectum, sed et nichilominus future glorie, commu|nis leticie, spiritualis amicicie concors desiderium, | (40) addidistis tamen huic triplici tripliciter triplica|to funiculo — qui difficiliter rumpitur, nisi prius | nos rumpamus — fortem agitatorem et continuum so|licita-

[1]) corr. litteras inserit, unde AS: per duas litteras. [2]) nescio an custodiente emendando sit restituendum. [3]) liber ineternum. [4]) AS familiaris. [5]) liber ineternum. [6]) liber gaudeo, AS gaudebo. [7]) quia — michi AS om. [8]) liber prolibito. [9]) ita AS; malim quia, licet .... interruptis, te tamen etc. [10]) AS intentionem [meam]. [11]) ita corr.; pr. m. interrump...

Digitized by Google

rem, scilicet uestram postulacionem, assignantes [1]) ra|cionem, eam quam ex litteris meis habetis consola|cionem, ut uobis sepius scriberem. Nostis autem, quod con|solacioni uestre non possum deesse, dum modo cognouero | eam uobis[2]) prodesse et nulli obesse: hoc est, dum [3]) | uobis expediat et me deceat et utrique [4]) salubris | existat. Nam ex uestra consolacione tanto [5]) aliquando re|pletus sum gaudio, ut magis
XXIIr[2] iubilum quam gau‖dium dixerim. Rogo ergo uos, dilectissima soror me|a, ut intente deum rogare uelitis, ut michi gracia [6]) ue|lit donare et facundiam loquendi et scienciam scri|bendi et gustum senciendi, ut et uelim et possim et sa|piat michi uobis sepius scribere, quod et uos in dei amore [7]) | accendat simul et audire delectet [8]). Karissima soror | mea et in uisceribus cristi ihesu dulcissima, regraci|or uobis ex intimis cordis pro litteris uestris et speciali|ter pro illis, quas michi misistis in XL:a. super omnia | autem me consolatur uestra promissio, quod scilicet facere ue‖litis, de quo uos rogaui, uidelicet ut aliqua de | statu uestro in unum quaternum michi notari facere|tis. |

Epist. XV. (41) [9]) In uisceribus caritatis cristi cristine karissime sorori, precipuo dignissime amori [10]), Frater pe|trus, professione predicator, sed re et actu humilis | et uilis peccator, salutem et in spiritu salutari | salutem eternam [11]) prospere negociari, dulciter | meditari et in ea iugiter et per eam dulciter conso|lari. Quoniam rogastis me, ut uobis de statu meo sig|nificarem, sed et peticio uestra cordis mei penetra|lia pertransiit, Ideo uobis notifico, quod, quamuis | ex presencia uestra aliquando fuerim intime consolatus | et ex deo cohabitante uobiscum medullitus refocil|latus et precordialiter, si dicere licet, illuminatus et di|uinitus inflammatus, fateor tamen et deo gracias | agens confiteor, quod michi interdum,

[1]) emendatione opus esse uidetur et aut legendum assignans ad subiectum uerbi addidistis relatum (cfr ex. gr. p. 99 u. 23) aut assignantem(?). [2]) liber potius nobis. [3]) AS dummodo. [4]) AS; liber uterque. [5]) AS; liber tanta. [6]) pr. m.; corr. graciam, quod dederunt AS; potius sua gracia scribendum est. [7]) amorem legendum uidetur. [8]) liber dilectet. [9]) hunc numerum bis adhibent AS. [10]) AS amore. [11]) eternam repetiuit librarius, sed nunc deletum est.

Digitized by Google

licet forte | rarius, hoc uestri confert memoria, quod presencia [1]) | conferre solebat, attamen in tantum diminucius, in | quantum differencius hec pre illa delectat, et similitudo | ipsa rem [2]) ipsam representat. ceterim [3]), ut peticio|ni uestre satisfaciam, noueritis, quoniam in parisius sunt | nouicii deuotissimi, studentes litteratissimi [4]), con|uentuales religiosissimi et prelati benignis|simi; inter quos, ut lapides ignitos [5]), uiros splen|didos [6]), quasi obprobrium hominum et abiectio plebis | conuersor, in tantum ut, cum illi sint, quibus dig|nus non est mundus, ego utique talis sim, qui | mundo non sum dignus. o igitur, karissima uirgo *cristi cristi*|na, que *cristi* pietatem nomine predicas, moribus ‖ uendicas, miseremini mei, qui in tanta et tantorum | deuocione aridus, tam multorum feruenti dilectione | frigidus, tam strennua conuersacione remissus, tam | rigida religione dissolutus conuersari non formi|do. si qua [7]) igitur in uobis est mentis consolacio, si qua [7]) | cordis compassio, si qua uiscera pietatis, si quis [8]) affectus | caritatis, orate deum, ut me ab hoc insensibilitatis [9]) | torpore [10]), negligencie tepore, inherencie sopore dignetur su|a gracia excitare. (41) [11]) hec igitur est [12]) mea continua dieta, | cotidiana pestilencia, et dolenda nimium miseria. | sed licet cor habeam induratum, sensum obdura|tum, affectum infrigidatum, cogor tamen secundum apostolum ga|udere cum gaudentibus, uel saltem gaudium dolens pre|tendere. unde noueritis, quod, licet rara hora et parua | mora, illucescit tamen interdum dies [13]) serenior, aspi|rat aura salubrior, resplendet sol iocundior, senti|tur deuocio cordis dulcior; et precipue cum sol iusti|cie manibus meis pocius [14]) tangitur et geritur, quam oritur. | tunc licet [15]) enim cor modicum

XXIIIv

[1]) pr. m. presentencia. [2]) pr. m. rere (sic!) in. [3]) AS Ceterum. [4]) liber licteratissimi. [5]) corr.; pr. m. ignotos. [6]) alius ordo uerborum fortasse restituendus: inter quos uiros splendidos, ut ⟨inter⟩ lapides ignitos etc. [7]) AS quæ. [8]) AS qui. [9]) pr. m. insenbilitatis. [10]) ita corr. qui, ne quis falso pŏr pro pōr legeret, o supra posuit; pr. m. corpore. [11]) cfr p. 103, n. 9. [12]) AS Hæc est igitur. [13]) AS licet rara hora et parva mora illucessit; tamen interdum [illucessit] dies. [14]) AS tocies et paulo post: quam [sol corporeus] oritur. [15]) AS om. licet, iure, ut uidetur; nisi cui magis placet enim delere et scilicet restituere.

Digitized by Google

incalescit, oculus madescit, | intellectus illucescit [1]), mundus uilescit, omnis aliena | delectacio euanescit, omnis temptacio obmutes|cit, omnis inordinatus appetitus quiescit;

Tunc noua progenies celo dimittitur alto,
tunc redit et uirgo.

heu michi, dilectissima, quid dixi? et quid memini? nam | transierunt omnia hec tamquam umbra, et uix sui | memoriam reliquerunt, presenciam penitus subtrahen|cia [2]). o quam iocundum et quam fecundum [3]) in hiis esset [4]) con|morari deliciis, talibus saturari [5]) conuiuiis, talibus deli|cari [6]) epulis, nisi pigricia inpediret, negligencia re|tardaret, peccatorum multitudo obstaret. sed hec et | hiis similia deuocionis inpedimenta plurima, que | in me sencio et defleo, spero uestra compassione debe|re euanescere. |

(42) Quoniam a pascha usque post festum beati iacobi maio|ris continue in colonia ab amicis meis expec|tabar [7]), ideo michi nichil scriptum de hiis, que a pascha | usque ad illud tempus contigerunt circa cristinam, excep|to eo, quod inferius ponetur de serpente, qui purgauit | eam intus, et [8]) contigit ante festum pentecostes. audiui | tamen, quod in die parasceues insignia dominice pas- XXIIIv° sio||nis, more annorum precedencium, in ea apparuerunt|. hoc ergo tempore ignorancie peracto, cum ego dominica | proxima post festum beati iacobi de parisius exiuissem et | in die precedenti uigiliam assumpcionis beate et gloriose uir|ginis in stumbele uenissem, in ipsa uigilia cristinam | uerbis paucis salutaui. et cum frater nicholaus, qui | mecum pariter de parisius uenerat, eodem die uellet colo|niam accelerare, ut in festo assumpcionis cum fratribus esse|mus colonie, nichilominus secundum consilium fratris hid|donis remansimus ibidem cum domina geua, domina abba|tissa de sancta cecilia, per festum [9]) prememoratum.

Fundamentum libri. ¶

quotannis in die parasceues vulnera christi corporj christinæ imprimuntur. ¶

[1]) AS, ut p. 104, n. 13, illucessit. [2]) ita AS; liber subtrahan|tes. [3]) corr. e lectione pr. m. iocundus et fecundus restituit iocundum et fecundum. [4]) AS esset in hiis. [5]) corr.; pr. m. securi. [6]) liber; AS deliciari. [7]) corr.; pr. m. expectabor. [8]) quod fortasse legendum pro et, solita signorum confusione. [9]) liber perfestum.

Digitized by Google

predictus | autem frater hiddo uir erat mire maturitatis et | morum religiosorum culmen attigerat, fama quoque et | sciencia illustris, qui IX annorum tempore fuit [1]) prior prouincialis in theutonia [2]), qui et predicte domine abbatisse erat | confessor et consiliarius specialis. IN die autem assumpcionis, facto prandio et licencia optenta, cum fratre hiddone conuentum fratrum colonie commorancium intraui. IN uigilia autem predicta, cum loquerer cristine, | quesiuit a me, an moram deberem colonie facere. dixi, | quod non, nisi per infortunium inpedirer. RESPONDIT, utinam sub quocumque euentu deberem [3]) morari. cum ergo | duabus noctibus fuissemus colonie, et frater nicholaus omnino in crastino intenderet recedere, ecce ipsa | nocte apprehendit eum febris ualidissima et VII | septimanis usque ad desperacionem uite afflixit. (43) sub | illo tempore ego fratrem mauricium et fratrem andream acsiensem [4]), euntes parisius ad studendum, usque in | stumbele prosequebar [5]). sed inpeditus propter nicolai infirmitatem, prohibitus sum ibi pernoctare. in illis diebus | cristina uenit in [6]) coloniam; et dum ibi esset, diabolus | ei abstulit VIII solidos coloniensium, quos michi | dare intendebat, ut ex eis tunicam michi procurarem, | qua me intellexerat plurimum indigere; sed dyabolus nec suam beneficienciam nec meam indigenciam | in hac parte [7]) penderauit. cum autem frater nicolaus | uires resumeret, preueni et precessi eum in stumbele, | ut ibi amicos meos salutarem. et dum in die sancti | michaelis conferrem cum cristina de deo et eius | dilectione, illa inter cetera subintulit: [8]) »FRATER petre [9]), ||| quia iam a me es recessurus, interrogo te de quodam | familiari secreto: si scis, dic michi causam mutue dilectionis nostre»? respondi, admirans, quid inten-

7 dæmon christinæ aufert 8 solidos, quos eleemosynæ destinaverat

XXIIIr

[1]) fuit et hoc loco et ante IX exstat. [2]) ita corr.; pr. m. theonia. [3]) ita liber. AS deberes, fortasse non iniuria. [4]) sic liber, ni fallor (atsiensem?); AS Aciensem et in mg. *an* Daciensem. arusiensem conicio; cfr fol. XXVIIv[2] u. 38. (an aquensem? cfr AS p. 335 A nu. 4 et 17; p. 343 F nu. 2 et 8.) [5]) AS; liber persequebar. [6]) AS om. in. [7]) AS ex hac parte. [8]) liber sub intulit. [9]) in mg. superiore extant hanc paginam spectantia haec: nota de fratre petro et cristina qualiter (ultimam uocem legere non possum).

Digitized by Google

deret: »Deum | actorem et auctorem credo nostre adinuicem caritatis si|mul et familiaritatis». et illa: »non», inquit, »dubito de | hac responsione; sed requiro, an aliquod super hoc rece|pisti euidens experimentum et specialem graciam [1]). cui cum dissimularem res|pondere, quia nolui dicere falsum et timui consciencie | remorsum, propter ea, que supra posita sunt in uisitaci|one septima, illa adiecit: »scio, quia in proximo in|stat tempus nostre separacionis et mee desolacionis, | et ideo secretum tibi [2]) reuelo, quod tibi alias non ma|nifestarem. habetisne in memoria, quod, quando | uos primo ad me uenistis cum fratre waltero bone memorie, circa crepusculum, quando uos primo | uidi, quod parum me supra quendam cussinum iuxta uos | collocaui me inclinando»? cui cum dicerem: »memor sum», | illa adiecit: »illo in tempore dominus michi apparuit et di|lectum meum uidi, et audiui [3]) dicentem michi: »cristina, uirum, | prope quem es inclinata, agnoscis et condiciones eius | diiudicasti»? cui cum dicerem: »domine, uirum hunc non no|ui [4]) et faciem eius numquam aspexi [5])», dominus adiecit: »consi|dera hunc hominem diligenter, quia amicus tuus est | et erit et multa pro te faciet; sed et tu pro eo fa|cies ea, que pro nullo alio mortalium es factura. | sed et scias, quod tecum commansurus est in uita eter|na». et hec est [6]) causa, frater petre, quare te diligo et fami|liarem me uobis exhibeo. quod ideo nunc tibi et non | prius reuelo, quia nunc in breui corporaliter ab in uicem separabimur, et nescio, si amplius in hac ui|ta nos mutuo poterimus uidere, ut ex hiis possitis | consolari. (44) cum cristina hec diceret, cum lacrimis deo re|graciabar, quod me tante persone dignatus est fa|cere familiarem et quod me uoluerit esse conscium | tantorum secretorum et tam diuinorum misteriorum; ue|rumptamen clausa hec in corde meo conseruaui, que in time michi

christina prædicit in hac et ꝛ æterna vita se et petrum simul futuros *et* christum Petri de dacia familiaritatem innotuisse(?) eumque salvandum prædixisse.

---

[1]) et specialem graciam corr. add. [2]) AS tibi secretum. [3]) corr. add. et audiui. [4]) pr. m.; corr. inserit prius corporaliter. [5]) pr. m.; corr. add. corporalibus oculis. [6]) corr. add. est.

Digitized by Google

fuerunt causa consolacionis. et quomodo non | consolarer in amicicia cristine, quam sibi [1]) ipse cristus in | sponsam elegit et arra tam nobili et euidenti in|signiuit? quamuis enim aduerti premissa longe exce‖dere mea merita, sperabam ta- 40 XXIIIr
men et adhuc spe|ro per cristiuam cristi amicam posse optinere [2]) et ueni|am peccatorum et graciam exercicii [3]) bonorum operum. in cras|tino autem, hoc est in die beati ieronimi, anno domini | M:o CC:o LXX:o, cum frater nicholaus et ego de stumbele | proficisceremur, frater iohannes hespe et frater heliuricus, | studentes de prouincia dacie, dominus plebanus et soror | sua gertrudis et hilla de monte et cristina et a|lie plures persone iter nostrum ad tempus sunt conse|cute. et cum ego cum cristina ambularem, dedit illa michi | quaternum, in quo plura de statu suo con|tinebantur, que ipsa ad petitionem meam in eo fecerat | notari; et hoc interpretor esse quod supradictum est, | quod pro me deberet facere, quod pro nullo mortalium esset | factura. quaterni autem prememorati [4]) continen|ciam infra isti tractatui interponam. cum ergo du|o iremus, pariter mesti et tristes de inminenti se|paracione, et plura suspiria quam colloquia con|misceremus, dixi: »karissima cristina, tempus aduenit, | ut ab inuicem separemur [5]). vale in domino, karissima». que | hec audiens nichil respondit, sed pallio faciem | operuit et super terram resedit, flens amarissime | et habundantissime. quod uidens fratrem nichola|um uocaui, qui paululum precesserat, et dixi ei, | ut rediret ut [6]) cristinam salutaret, et sic iremus. cui | redeunti cristina assurrexit, et inuicem nos salu|tantes et mutuis oracionibus nos recommendan|tes ceptum iter carpebamus. dedit autem nicholaus | cristine suum pater-noster, quod personaliter quatuor | annis portauerat: erat enim ipse in magnam deuo|cionem [7]) per cristine aspectum promotus, ut ipse fatebatur. | quando ergo ab ea recessimus, non absque cordium con|turbacione et lacrimarum perfusione [8]), illa

γ christina sua in scriptis Petro de dacia communicat.

[1]) AS om. sibi. [2]) optineri fortasse legendum; nisi cui magis placet me inserere. [3]) AS; liber exerceri. [4]) AS prænominati. [5]) liber seperemur. [6]) sic, ni fallor, uult corr.; AS et. [7]) AS in magna devotione. [8]) AS profusione.

Digitized by Google

iterum re|sedit et faciem pallio cooperuit et habundantissi|me fleuit, ut infra in suis litteris patebit. Nos | uero uiam continuauimus inchoatam.

(45) Nunc tempus | esse uidetur oportunum, ut ea, que dominus michi [1]) reuela|re de statu sponse sue dignatus est, hiis [2]) inter|seram, rogans et exhortans lectorem simul et au|ditorem, ut deuote dicendis intendant, benigne ‖ suscipiant, ea in corde suo frequenter reuoluant [3]), | .... recolligant [4]), deo pro innumeris beneficiis gracias agant, | cristine passe et pacienti oracionibus suis sub|ueniant et compacian-tur. Tenor ergo quaterni su|pramemorati talis erat:

[5]) Karissime pater! rogo uos | intuitu dei et sue passionis, quatenus ea, que | uobis narrare propono de amica uestra [6]), diebus uite | mee numquam alicui homini reuelentur [7]), ita quod | possim ex hoc incurrere in perturbacionem, quia uos | scitis meam intencionem [8]).

Quando fuit decem | annorum, una nocte uidit in sompnis pulcherrimum | iuuenem; quo uiso territa fuit, quia uiri pretende|bat faciem; qui ait ad eam: karissima filia, ecce ihesus | cristus sum; promitte [10]) michi fidem tuam [11]), ita quod sem|per michi [12]) seruias [13]). siquis de cetero te [14]) de altera | fide requisierit, dicas [15]): quia [16]) ihesu cristo eam pro|misisti [17]) in suas manus» — in quas igitur promisit [18])

⟨hoc⟩ est principium uite ⟨glo⟩riose sponse cristi domini nostri ⟨cristi⟩ne. In x:o etatis anno christus apparens sibi eam in sponsam elegit [9]).

---

[1]) AS mihi dominus. [2]) AS hic. [3]) corr.; pr. m. reuolant. [4]) AS suscipiant, et in corde suo frequenter revolvant et recolligant. [5]) in mg. superiore ab ipso librario annotata ad haec exstant: Incipit de inicio uita (liber uite; uox supra addita est) karissime ⟨s⟩ponse cristi cristine con⟨sc⟩ripta (liber con⟨sc⟩ripto) a domino Johanne pa⟨st⟩ore in stummele. [6]) corr.; pr. m. amico uestro scripsisse uidetur. [7]) corr.; pr. m. reueletur; AS reveletis. [8]) AS quia — intencionem om. [9]) haec tres manus annotarunt; quarum prima ⟨hoc⟩ est — ⟨cristi⟩ne exarauit, secunda In — anno, tertia ea quae restant. [10]) corr.; pr. m. promittite. [11]) corr.; fuit haud dubie uestram. [12]) AS mihi semper. [13]) corr.; pr. m. seruiatis. [14]) in linea est uos; inter lineas corr. posuit te. [15]) corr. inter lineas -as posuit; pr. m. dicite. [16]) post quia est ras. [17]) pr. m. promisistis. [18]) haec corrupta sunt; AS Quando sibi promisit.

Digitized by Google

— »cum | beginis manebis» [1]). tota autem die sensit, quasi manus | fuisset sibi impressa [2]). a die illa numquam poterat mens | eius pacificari, quin supra modum anxiaretur [3]), qua|liter ad beginas [4]) ueniret. †Anno domini M:o CC:o LXXIX, cum iterum uidissem eam, contuli secum de pre|dicta uisione, et dixit michi: »In tante glorie splendore | et decore uidi dilectum meum, ut sensus humanus | illum non possit sustinere; vnde mente excessi *et* corpora|liter nichil sensi tribus diebus et tribus noctibus».† (4) Cum | esset annorum XI [5]) et deberet suum psalterium discere, semper, | quando legit, uidebatur ei, quasi loqueretur illi, cui fidem | promiserat. vnde supra modum ex quadam dulcedi|ne [6]) fleuit, tamen ignorans de regno celorum et de | omnibus aliis. quando fuit XIII annorum, suis pa|rentibus ignorantibus, iuit cum magno gaudio in | coloniam [7]); mater autem eius flendo ueniens non po|terat animum eius flectere. ab illo tempore usque ad | anni circulum nichil sibi [9]) ministrabat. †Et dixit | quod quadam die, dum mater sua non esset in domo, linte|amen unum posuit super caput suum, et nichil plus | solacii habens [10]) de rebus paternis, cum quadam femi|na uenit coloniam, et quia inexperta erat et na|turaliter uerecunda, plurimum in uia timuit, ne ‖ ductrix [11]) sua eam proderet et ad aliquem locum in|famem [12]) deduceret, ubi ei aliqua confusio uel infamia | posset [13]) euenire.† Multis diebus fuit, quando non ha|buit panem, et perpessa est magnam esuriem, donec be|gine quedam instabant, quod rediret ad suos paren|tes; que rennuit,

β etatis christinæ x:um anni [sic!]

β in XI:mo anno.
γ orantj semper sponsus adest.

β XIII:o anno.

γ coloniam cum immodico gaudio iuit, ibique monialis efficitur. [8])

XXIIIv²

[1]) AS [nondum] cum Beginis manebat. ad uocem, quae est beginis, in mg. corr. glossam deuotis posuit. [2]) AS sibi impressa fuisset. [3]) liber anxieretur. [4]) deuotas supra beginas corr.; cfr n. 1. [5]) corr. -cim supra add. [6]) dulcedine correctoris manum passum est. [7]) liber cum magno gaudio iuit | coloniam, rasura intercedente inter ignorantibus et cum, et iuit correctoris manu ita restitutum, ut fuisse uideatur in. (in rasura illa nescio an fuerit ut, quod pro iit falso scriptum fuisse facile adducor ut credam). [8]) haec partim e coni. restitui. [9]) corr. inter lineas; pr. m. michi. [10]) AS habens solatii. [11]) sic corr. [12]) sic pr. m.; corr. infamie. [13]) AS; liber possit.

Digitized by Google

eligens pocius esse cum deo in pauper|tate, quam cum parentibus in deliciis permanere. (5) in|ter be- pauper ℸ
ginas manens, semper sola sedit, sola orauit, | ab
omni consorcio omnis consolacionis se alienauit; | sem- sola ℸ
per in corde habuit, quod libenter esset in regno | celorum, 5
vnde non curauit consolari, sed orare. omni sep|ti-
mana in pane et aqua ieiunauit; omnes uigi|lias abstinet ℸ
sanctorum per circulum anni ieiunauit in pa|ne et aqua;
lineis non utebatur: cingulo [1]) utebatur, | quod fran- tergus ℸ
gebat totum latus eius [2]); sola dormiuit, | super lig- affligit 10
num et lapides recubuit pro eo, ut eo [3]) cicius | ad orandum
euigilaret; omni nocte cc [4]) flexit ge|nua; de die orauit om-
nes sanctos, quos nominare po|terat, ut opti- quoties nocte et ℸ
nerent ei, quod caritatem posset [5]) adi|pisci. die oraverit
consuetudinarie dixit omnes suas horas in | ueniis; continue 15
nudis pedibus incessit in cal|ceis absque soleis; ieiunauit di-
midium annum | sine carnibus; aquam bibit et potum te-
nuem et ra|rissime ceruisiam [6]). omni sexta feria dixit suas
horas [7]) | in modum crucis, et in eodem ad lectum se [8]) de-
posuit. quidquid molliciei ei [9]) fuit et quietis, contra | suum 20
cor fuit, quia omnes sensus sui [10]) sine intermis|sione fuerunt
occupati meditando [11]), que et quanta passus | passionem christi ℸ
est cristus. †De isto secum contuli, et dixit, continuo(?) medi-
quod hoc | contigit in fratrum predicatorum tatur.
ecclesia colonie; | et dixit se tantum fuisse a 25
sensibus raptam, quod de [12]) ecclesia in hospi- propter mentis ℸ
cium suum deportata fuit, et excessus | ille raptum stulta
mentis tribus diebus continuis durauit. Regi|ne autem, secum putatur a suabus
commorantes et non intelligentes, pu|tabant, quod insaniret

---

[1]) nodoso inter lineas add. corr. (et AS). [2]) latus eius correctoris uestigium praebent. [3]) AS om. eo. [4]) inter lineas corr. add. -cies. [5]) liber (et AS) possit. [6]) AS cervisium. [7]) ita inter lineas; pr. m. ora|ciones, unde prior corr. oras restituit. [8]) AS se ad lectum. [9]) AS ei mollitiei. [10]) corr.; pr. m. suos. [11]) meditando scripsi ad similitudinem eorum, quae in mg. sunt. AS cogitando bene, collatis p. 112, u. 3 et u. 7, et annotant: „Longior hic forte hiatus est, quem difficile sit absque alio vetusto exemplo resarcire". Qua re ducta longiorem lacunam diuinent, non uideo. [12]) corr. posuit de.

Digitized by Google

uel morbum caducum pa|teretur; vnde tamquam fatuam eam habebant.† Qua|dam uice cum sederet et inciperet ardencius cogitare | de passione domini, insolite supra modum incepit | flere, et in flendo uidebatur ei, quod appareret que|dam ymago passionis, et eciam ipsa nocte eam uidit; vnde ||| postea mirabiliter — quod ante non fuerat [1]) — fuit ei | dulce cogitare, scilicet de passione domini. ab illo die | usque ad diem, qua aperiebantur manus sue [2]), fuit sem|per in desiderio, quod haberet, in quo posset [3]) recorda|ri dicte passionis. Hoc [4]) tamen dico et [5]) per | hoc ego scriptor certitudinaliter habeo: petit | ipsa, quia taliter uobis reuelat, mirabiliter dolet, | nisi propter uestrum desiderium; quia si non multum di|ligeret, nullo modo hoc ab ea optinueritis [6]). |

γ petit signum, quod passionis dominicæ in se foveat memoriam.

XXIVr[1]

(6) Duobus annis sic uixit, antequam temptaciones | eam inuaderent. vna nocte, cum iaceret in sua ora|cione, uenit demon in specie sancti bartholomei [7]); et cum staret | ante eam, dixit: »filia, tu multum oras et deside|rium magnum habes ueniendi ad regnum celo|rum; scias [8]) pro certo te hoc habituram, si te occidas; | quia hoc statim factum est, et sine omni penalita|te transibis ad regnum». ab illa hora usque ad di|midium annum hec temptacio in corde eius uol|uebatur; omni hora, qua fuit sola, nichil li|ben|cius quam quod se ipsam occidisset [9]), fecisset [10]); et ui|debatur, quod cor eius non diucius duraret [11]), nisi | hoc faceret. quando fuit iuxta puteum, idem | uoluit; quando fuit in ecclesia, pre maxima pena | ad hoc ipsum faciendum exiuit; et cum iam di|ucius non posset [12]) continere, uenit in cor eius uer|bum, quod audierat, si hoc faceret, quod debe-

γ 2 annis a tentatione libera est.

γ prima tentatio fuit de se ipsa occidenda.

[1]) liber fuerant. [2]) Wollersheim p. 18, recte: „Diese Eröffnung der Hände ist offenbar zu verstehen von ihrer Stigmatisirung an Händen“ etc. [3]) liber (et AS) possit. [4]) AS Hic. quae sequuntur corrupta esse uidentur. qua uia uera restituantur, non uideo. [5]) AS om. et. [6]) AS obtineretis. uerba Hoc tamen ad optinueritis usque add. Johannes Plebanus. [7]) bartholomei add. corr. [8]) corr.; pr. m. scio. [9]) corr.; pr. m. occidisse. [10]) corr. fecisset eradere uoluit. [11]) corr.; pr. m. durare. [12]) liber (et AS) possit.

Digitized by Google

ret | ire [1]) ad inferos; et hoc ipsam abstinere fecit. | semel cum deberet minuere [2]), incepit cogitare, quod | ex nimio fluxu sanguinis deberet mori. cum so|la erat, uolebat iterum [3]) uenam aperire, et | magna nigredo brachium subsecuta est, ita | quod horruit et cogitauit, quod male faceret. mul|tis noctibus uenit celeriter uox, dicens: »surge ue|lociter, quia [4]) uoluntas dei est, ut te occidas. quod si | non feceris, statim suffocaberis et condempnaberis». in | temptacionibus istis diuersas consuluit uias, qualiter | hoc faceret [5]); illas [6]) autem semper credidit esse | a deo. (7) post hanc temptacionem modicum inua|sit [7]) eam temptacio de corpore domini, bonum quod [8]) nullo | modo poterat facere;
XXIVr [9]) nec credidit deum aliquid ‖ creasse, nec credidit deum nec sanctos suos aliquid | scire de persona eius. propter hoc nichil boni poterat | facere, nec orare, nec ecclesias frequentare. decem et oc|to septimanis fuit, quod non fuit confessa [9]). quadam | uice, cum staret in ecclesia infra missam, petiuit: »domine, | quia semper [10]) intellexi, quod uerum corpus [11]) ibi esset, osten|de michi hodie, in quo [12]) dubietas a [13]) corde meo cedat». | statim in eleuacione hostie uidit puerulum in | manibus sacerdotis, qui dixit: »ego sum ihesus». illa hoc | uidens et hoc audiens, pre admiracione defecit | a corde, et cum ad se reuerteretur, aliquantulum lu|minis sensit. sequenti die, cum communicaret, omni|no recessit temptacio, quasi numquam habuerit eam. |

2da tentatio fuit de veritate corporis domini in Eucharistia, a qua christus, visibiliter se ostendens, eam liberavit. ⅂

---

[1]) AS deferretur pro deberet ire. [2]) sangvinem add. corr. (et AS). [3]) liber iterum uolebat iterum. [4]) AS om. quia. [5]) hoc faceret peccatum liber, sed peccatum expunctum est. [6]) illas scil. temptaciones. liber (et AS) illa. [7]) AS modicum [tempus elapsum est, quando invasit]; debuit esse: ... quando] invasit. [8]) bonum quod restitui ad similitudinem u. 16 et p. 117 u. 14, al.; liber hoc quod. AS quod hoc nullo modo poterat [Deus] facere. [9]) in mg.: nisi hec omnia faceret *contra* suum cor viriliter re⟨pugnans⟩, quae huc inseri uoluit is, qui annotauit; melius, ni fallor, post frequentare ponuntur, si utique inserenda sunt. [10]) semper est in ras. [11]) AS verum corpus tuum. [12]) in quo dubitans seruaui, collato p. 112 u. 10. AS id, quo. [13]) corr.; pr. m. in.

Digitized by Google

timo duas beginas, et dixi ad fratrem fol|quinu*m*, socium meu*m*: »ecce ubi cristina uadit». nam | et ipse eam uidere desiderauit. Discerni autem po|terat cristina ab aliis: sicut religiosior conuictu | et deuocior aspectu, sic erat et in [2]) incessu maturi|or. Et, ut breuiter dicam, in omni actu, gestu, motu | et incessu eius decor quidam relucebat gracie [3]) specia|lis in tantum, quod quicumque ex deuocione mores eius | consideraret, dubitare nullo modo posset, quin diuina gracia et presencia ei adesset et inesset. cum ergo ue|nissemus ad curiam plebani, ut necessaria pro missa [4]) | procuraremus, stetit uxor campanarii et me solicite | inspexit; tandem dixit michi: »quod est nomen vestrum? »petrus | uocor», respondi.
γ Petrus hospes est christinæ.
at illa: »vnde estis»? et ego: »de dacia». | que statim exiliit in plateam et magna uoce cepit | clamare: »cristina! cristina! reuertere, si uis mis|sam audire». cum ergo et nos exiuissemus in pla|team, occurrimus cristine reuertenti. (6) quam cum salu|tassem, quasi in stupore quodam cordis posita, uix sci|uit, quid responderet. tandem dixit: »vnde uenitis»? | et ego respondi: »a domino deo missus ueni». et sic | a socio meo et me missis dictis, comedimus cum | cristina in reclusorio, procurante nos magistro | iohanne, uiro deuotissimo; sed et dominus pleba|nus nos associauit. in crastino autem post | uesperas, cum ad instanciam cristine exposuissem il|lud uerbum: »mensuram bonam et confertam et coagi|tatam et supereffluentem dabunt in sinum uestrum», ipsa in | tantum mentis excessum uenit, quod cenare nul|lo modo potuit nec [5]) loqui. tandem eciam in tantum | creuit [6]) sua deuocio, quod nec intendit hiis, que sibi | dicebantur, sed tota erat occupata circa suum | dilectum,
γ dum pia audit, mentis excessum patitur.

[1]) ita Wollersheim, p. 189, n. 1. sed nescio an liber potius praebeat communiter. [2]) hoc in nescio an sit dittographia ortum. [3]) AS om. gracie. [4]) liber promissa. [5]) corr. nec pro ne restituit. [6]) corr. ex alio nescio quo creuit restituit.

Digitized by Google

nichil aliud sencien̄s neque proferen̄s, nisi | uerba deuocionis et ex tante dilectionis [1]) sponsi, | nullo utens sensu neque sensibiliu̇m distinctione | discreta. inter hec [2]) autem alta uoce dixit bis: »karissimi! di|ligamus deum, quoniam nimis est amabilis. karissimi! quid | faciemus ei pro tantis, que [3]) nobis ostendit et im|pendit«? erat hoc audire delectabile, et uidere | mirabile, quantus erat ardor in corde sponse, et quan|tus dulcor et influencia sponsi. supra modum hu|manum erat, quod audiebatur et uidebatur. tandem cum | aliquantulum ad se rediit, magister iohannes et a|leidis eam ad suum hospicium deduxerunt, et ego | cum semel iuxta eam irem, quesiuit, quis esset [4]); dictumque | est ei: »frater petrus«. et illa: »frater petre! si uis lo|qui de deo, bene ueneris [5]); sin autem ad aliud quid [6]) uenisti, | potes te cito expedire et ire, quia alias de te cito | habebimus tedium«. 40XXXIIv [8] (7) tota autem illa [7]) nocte ipsa in ta‖li [8]) deuocione perdurauit; in crastino autem ceperunt, | qui audierunt predicta, quasi conquerendo [9]) proponere, quasi michi | aliquis fuisset iniuriatus. illa respondit: »uere, quicumque | talia [10]) dixit, nimis audax fuit«. nullam enim habuit me|moriam eorum, que in sero dixerat. (8) fuimus ergo ibi tri|bus diebus et ita intrauimus in coloniam, plurimum | ex presencia cristine edificati et consolati; ubi benigne | a fratribus recepti sumus et specialiter ab hiis, qui me no|uerunt [11]), dum studens inter eos conuersabar, specialissi|me autem a fratre gerardo de grifone, tunc existen|te suppriore, et fratre iohanne de mûfeldorp [12]). et dixit | michi supprior: »numquid cristinam uidistis«? fuit enim, | ut ex superioribus patet, deuocionis mee, quam ad | eam habui, conscius. cui respondi: »utique, pater«! et | ille subridendo adiecit illud ieronimi ad pauli|num [13]): »habuit illa etas inauditum [14]) omnibus [15]) seculis ce|lebran-

[1]) sic liber (et AS), sed mendo laborant. Wollersheim, p. 190, uertisse uidetur ex tanta dilectione, quae non admodum in sensum quadrare mihi uidentur. ego cogitaui de hac legendi ratione: uerba deuocionis et extatice dilectionis sponsi. [2]) hec add. corr. [3]) corr.; pr. m. pro tanto, quem; restituendum fortasse: pro tanto amore, quem. [4]) AS quis essem; qua mutatione opus non est. [5]) liber beneueneris. [6]) AS ad quod. [7]) AS alia. [8]) AS alia. [9]) AS conquirendo. [10]) corr.; pr. m. alia. [11]) AS noverant. [12]) AS Mus. seldorp. [13]) corr.; pr. m. paulinam. [14]) liber in auditum. [15]) AS in omnibus,

Digitized by Google

dumque miraculum, ut urbem tantam ingressi | aliud extra urbem quererent [1]), et quos ad contem|placionem sui colonia non traxerat, unius hominis | fama perduxit»; et [2]) adiecit: »quomodo ualet cristina? et | quomodo uobis placet status suus»? respondi: »per | omnia bene, et plurimum sum [3]) consolatus, quia post meum | recessum plurimum in sanctitate profecerat». et uere sic e|rat; nam notabiliter hoc aduerti, et ille: »uere, frater | petre, ego idem sencio. et sciatis affectum meum circa | eam nec ad unum crinem esse diminutum. quod autem e|am rarius uisito, racio est, quia illi, qui fratres col|ligere consueuerunt, plerique mortui sunt».

ϒ quam diu fuerit Petrus Coloniæ, et quas reliquias ibidem acceperit.

fui ergo | colonie quasi per unum mensem et per dei graciam a defectu | cordis fui curatus. sed et IX capita uirginum | et unum de legione Thebeorum procuraui, procuran|tibus michi in hoc fratribus coloniensibus et fratre fol|quino collaborante. (9) medio autem tempore, id est in crasti|no beati michaelis, redii cum fratre folquino in stum|bele ad cristinam, et inuenimus eam super lectum suum | recumbentem, ualde debilem; que de aduentu nostro | ualde exultauit. et cum ab ea quererem, cur sic de|bilis esset, respondit: »demon in presenti septimana ex|traxit de toto dorso meo cutem; insuper et grauissima | uulnera michi inflixit in tantum, quod mirum est, quod ||| XXXIIIIr aliquis potest uiuere cum talibus plagis». letabatur | tamen, quasi omnium malorum suorum fuisset oblita. et | cum quesissem causam debilitatis eius a magistro iohanne, il|le respondit: »ipsa communicauit pridie et in tanta fuit | deuocione et raptu, quod usque nunc ad communem statum | non rediit». in crastino [4]) autem, cum familiariter conferre|mus, secreti mei eam consciam [5]) feci et ostendi ei [6]) sig|num illud in sinistra mea, quod michi deus in die cristine [7]) | in missa inpressit ob eius memoriam sedulo habendam, | ut supra patet in septima uisitacione; quod illa cum | mirabili deuocione suscepit et aspexit; vnde et de | hoc quasi inani-

ϒ excoriatur a dæmone.

[1]) liber que diceret ad, sed ad expunctum est. [2]) AS om. et. [3]) AS fui supplent. [4]) AS crastina. [5]) corr., ni fallor, e consciencia. [6]) corr.; pr. m. in, ni fallor. [7]) AS in die crastino.

Digitized by Google

mata [1]), incepit michi plura de statu suo re|citare. vnde quasi totum, quod prius fecerat inscribi in quater|no, ut patet in XIIII:a uisitacione [2]), ex ore eius audiui; | quibus et plura addidit, ex quibus [3]) illa, que pre|dictis interposui, sunt accepta. (10) dixit eciam quod ante sig|num quod accepit [4]) diuino munere in sinistram suam [5]) — quod | et tunc actu habuit, quando hoc protulit —, quod quadam uice, | dum in raptu esset et in omnibus membris rigida iaceret, | persone, que circa eam iacerent [6]), non intelligentes, uul|nerauerunt eam in suo brachio tribus uulneribus, | experimentum querentes, an sentiret. que dum inmo|bilis permaneret et de hiis non sentiret, post quam | ad se rediret [7]), incepit sentire dolorem uulnerum, et | mirabatur [8]) uehementer, quidnam esset. et hec uulne|ra in omni sua communione, bene ad duos annos, | multum sanguinem effuderunt; quod eam plurimum | grauauit primo, quia fluxus huiusmodi [9]) eam multum de|bilitauit; secundo, quia timuit, ne causa [10]) de hoc notare|tur. (11) huc [11]) accedit, quod a fratre gerardo de gripho|ne et domino plebano iohanne et fere omnibus notis cristi|ne audiui sepius relatum: quadam die, cum post conmunionem cristina, rigida in omnibus membris, rapta | iaceret, quedam begina cum forficibus suis eam in suram [12]) | pedis grauiter uulnerauit; de quo uulnere, dum illa | rapta fuit, nec ipsa doluit nec sanguis exiuit. que ad | se reuersa cepit uehementer dolere, sed et sanguis ce|pit effluere. attamen, quia non apposuit medicinam, | cepit tibia grauiter inflari [13]) et wlnus putrescere. | que tandem conpulsa fuit predicto

Læditur a socijs, quando rapta erat; uulnus putrescens nullo modo chirurgo ostentare volens a christo sanatur.

[1]) ita pr. m., quod restitui; corr. sine causa in erasit. cfr Du Cangii lex.: inanimare = animos reddere, animare. [2]) Petrus Parisiis in patriam anno MCCLXX rediens ter Christinam salutat; ultima salutatione quaternum accipit. has tres salutationes in unam uisitationem (XIII:am) conprehendit. [3]) sunt etiam post quibus inseritur. [4]) legendum uidetur: dixit eciam quo ad signum etc.? [5]) AS in sinistra sua. [6]) AS jacebant. [7]) liber; AS redivit, iure fortasse, cum nescio an praemissum sentiret ad hanc formam fingendam ualuerit. [8]) corr. e mirabanter (sic). [9]) AS hic. [10]) corr. uidetur ex eam. [11]) liber huic. [12]) AS in sura. [13]) AS instari.

Digitized by Google

fratri gerardo conqueri, ‖ quod uehementer timuit sibi ex hoc graue dispendium | inminere; cuius consilio factum est, ut iret in coloniam, | ut ibi curaretur. quo [1]) cum uenisset, dixit fratri gerardo: »quid | factura sum, ut curer»? at ille respondit quod oporteret ut cirurgicus [2]) | ad eam ueniret et tibiam suam uideret et uulnus | incideret. at illa quasi indignata dixit: »debet uir uidere | tibiam meam» [3])? et ille: »estimo, quod aliter eam non possit cu|rare». at illa: »vere, mallem, quod totaliter putresceret, | quam eam umquam uir secularis uideret», et sic recessit. | De nocte autem, dum esset in oracione, curauit eam dominus sua uirtute, et mane rediens ad predictum fratrem, | dixit: »non oportet uocare cirurgicum [4]), quia dominus me sua | benignitate curauit». (12) quarta feria, cum omnes be|gine de stumbele conuenissent, et fratri folquino et mi|chi pulchrum prandium procurassent — cui interfuit dominus | plebanus et gerardus, filius aduocati, et magister iohannes | — et post prandium fecissem collacionem de leticia spirituali, | de hoc uerbo: »letare, ierusalem»!, cepi cum cristina specialem | habere collocucionem in ecclesia coram pluribus; cuius | occasio fuit quoddam miraculum, quod frater folquinus | recitauerat, quomodo sacerdos beatam agnetem per anu|lum desponsauit; cuius ymago anulum acceptauit | et digitum suum de pariete porrexit, in quo usque | hodie anulus perseuerat; quia cum hec dicerentur, uidi | in cristina leticie euidencia signa et audiui eam di|centem: »exemplum nimis audiui istud [5]) libenter». cuius | dicti causam cum quesiuissem, adiecit: »quia huius rei ali|quam similitudinem in nobis esse cognosco». et cum ei | multum institissem, post plura ait: »rem tibi secretam | prodam, quam numquam homini uiuenti reuelaui. ab | infancia mea uos cognoui [6]), et faciem et uocem dis|creui [7]) et plus uos omnibus [8]) hominibus dilexi, | in tantum quod uehementer timui, quod de hoc michi | aliqua tribulacio temptacionis deberet pro tempore | insurgere. numquam [9]) in ora-

40 XXXIII[r]

[1]) AS; liber quod. [2]) AS At ille, oportere ut chirurgus. [3]) AS om. meam. [4]) AS chirurgum. [5]) AS illud audiui nimis. [6]) in spiritu inter lineas add. corr. [7]) corr.; pr. m. discerni. [8]) AS om. omnibus. [9]) AS enim inserunt.

Digitized by Google

cione mea potui uestram personam [1]) ab | intencione mea separare, quin tantum pro uobis quan|tum pro me orarem et in omnibus tribulacionibus meis | uos semper habui consortem. (13) et cum huius causam a|pud deum suppliciter inuestigarem, an ab eo esset, per | plurimum temporis, in die
XXXIIIv' beate agnetis de hoc fui cer‖tificata. in die Beatæ Agnetis annulum accepit a suo sponso.
nam in communione mea datus michi fuit | uisibiliter anulus et in digito meo insignitus. nota de anulo.
Et quando | uos primo me salutastis et ego uos primo ui|di, uocem tuam discreui et faciem tuam distincte | recognoui et plurimum stupefacta sum et letificata [2]). | plurima sunt huius rei argumenta michi diuinitus | data, que pre uerecundia tibi non possum reuelare; nam | anuli figuram in huius rei certitudinem sepius acce|pi». — de hoc autem anulo quid ab aliis audierim, inter|ponam: dixit dominus iohannes plebanus, felicis recordacionis, | quod figura anuli non erat in digito picta, sed carni | inscripta, cum diuersis ornamentis. Nam aliquando ha|buit in supremo figuram crucis, aliquando insignitus | fuit gloriosissimo nomine ihesu cristi et hoc interdum litte|ris hebreis, aliquando grecis, aliquando latinis. similia | dixit michi magister iohannes. et cum ego ei dicerem: »esti|mo uos eodem [3]) digito habuisse anulum, quia hoc michi | dixit magister iohannes, quo [4]) ego habeo mutui [5]) amo|ris indicium», illa me humillime rogauit, ut | numquam magistro iohanni aliquid de hoc dicerem. in hoc | ergo terminata fuit nostra conlocucio [6]), quod ab inuicem | separabamur consolati et de hoc, de quo prius du|bitauimus, certificati. de quo quid dicam uel scribam, | ignoro, nisi quod laudem tribuam domino pro omnibus, que red|didit nobis, bonis. Et subieci et dixi: »bene|dictus deus! optime recognosco me [7]) laborem meum | collocasse, ex quo datum est michi tantum intelligere | secretum». (14) tercio ite-

[1]) personam add. corr. in mg. [2]) in mg., uix in contextum inserenda extant: cum dominus apparuit michi, vt dictum est in visitacione XIIII:a. uide supra p. 107.‖ [3]) AS in eodem. [4]) AS in quo. [5]) sic AS; liber mutuo. cfr p. 158, u. 28. [6]) ita dedi pro eo, quod est in libro, consolacio. AS collatio, quod bene fertur; cfr tamen p. 156, u. 19. [7]) AS recognosco me optime.

Digitized by Google

rum redii stumbele [1]) in die unde|cim milium uirginum, in procinctu redeundi | in prouinciam meam; vnde cum in crastino inuitas|set nos dominus plebanus et soror sua, domina benig|na, habitu et actu begina, cum in mensa de reli|quiis, quas optinui colonie, loqueremur, aduer|tens dicta begina deuocionem meam ad reliquias, | ait: »si sciuissem hoc, libenter dedissem uobis caput | unius uirginis, quod habeo colonie». et cum ego | assererem, quod libenter illud mendicarem [2]), ait: »ego | libenter uobis illud darem, si scirem, quomodo illud | habere possitis». et dominus plebanus addidit: »ante quam | capite [3]) illo careat, ego prius uadam in coloniam pe||des». quod et in crastino summo mane fecit et ante | crepusculum rediit [4]), portans dictum caput in collo | suo; quod summa auiditate accipiens, de stumbele | usque in lubec in collo meo portaui, et magnam cordis | dulcedinem ex presencia illius capitis sepissime sen|si. 40 XXXIII[1] 5

(15) In uespere ergo precedentis diei, ante quam finaliter | de stumbele recederemus, dum cristina uesperas suas di|ceret et iter nostrum domino commendaret, multum consolata fuit, eciam in tantum, quod hoc non potuit celare; | nam in cena iocundior fuit solito. cum ergo post ce|nam causam huius iocunditatis [5]) inuestigassem, ait: »iam biduo | grauissime fui afflicta de uestro recessu; et cum iam | dicerem uesperas sub quadam arbore et uos cum mag|na cordis amaritudine deo recommendarem, dixit | michi dominus: »noli turbari! ego cum fratre petro fui in | ueniendo, et dux eius ero in redeundo»; et plura | dixit michi, de quibus sum consolata [6]), inter cetera addens: | Ego amorem uestrum mutuum in me plantaui et | in me eum conseruabo». hac ergo accepta oportuni|tate, incepi ego loqui de dulcedine diuini [7]) a|moris; et tantum cristina in deuocione defecit, ut a | me recederet, ut [8]) tota a sensibus raperetur et in|durata in membris omnibus inmobilis iaceret. De | mane autem, in die Crispini et Crispiniani, dictis | missis et facto prandio, cum collacionem fe- 10 15 20 25 30 35

[7]) quo anno et die Petrus colonia recesserit.

[1]) AS in Stumbele. [2]) liber; AS mihi vindicarem. [3]) capite est in ras. [4]) corr.; pr. m. redii. [5]) AS huius jucunditatis [causam]. [6]) corr. consolatus, perperam. [7]) corr. [8]) AS et.

Digitized by Google

cissem | de hoc uerbo [1]): »conuertere, anima mea, in requiem tuam, quia dominus be|nefecit tibi», »valedicentes [2]) cristine et commorantibus cum [3]) | ea, profecti sumus, mutuo nos domino recommendan|tes; et in hoc uisitacio XV:a est terminata anno domini | M:O,CC:O,LXXIX. |

(16) De stumbele ergo profectis [4]) omnia nobis prospere | successerunt. De lubec autem cristine de statu | meo rescripsi, secundum quod ipsa me instantissime roga|uit:

Epist. XXIII. Precordialiter dilecte et in eternum [5]) diligende | cristine, cristi sponse karissime, frater petrus salutem et | salubriter inter prospera et aduersa incedere, in spiritu|alibus proficere et ad eterna feliciter peruenire. Magna | est michi materia uobis scribendi, sed et ualida et mul|tiformis racio uos [6]) diligendi. optime autem nostis, | quod racio nos mutuo dili-

XXXIV^{r} gendi et inter nos scri‖bendi nulla alia est, nisi communis amici nostri | amor et decor, honor [7]) et dulcor; ut nos mutuo ex|citemus et inuitemus ad illum amandum et contem|plandum et honorandum, et ad degustandum, quam | dulcis est dominus, et ad nos mutuo in illo consolan|dum; quod uos expercius [8]) experta estis, que iam in cel|larium uinarium [9]) cum eo introire meruistis. quod | ex eo probatur, quia mente exceditis deo frequenter | et in uobis caritatem ordinat decenter. vnde, karissima! | miseremini, miseremini misere [10]) anime mee; que de | nouo de [11]) paradyso expulsa et eiecta, cogitur car|cerem horrendum et abhominandum subire et exili|um ipsa morte grauius introire. quis paradysum | fore dubitet locum lucis et deliciarum, in quo cum | sponso tuo tam deliciose conuersaris, tam famili|ariter confabularis, tam intime coniocundaris? fa|teor, quod, nisi dominus reliquisset anime mee semen huiusmodi [12]) | recordacionis, facta esset quasi sodoma, et gomorre me|rito assimularetur. Nunc autem uiuit, et interius | leta efficitur ob gra-

[1]) AS super his uerbis; sed cfr p. 156, u. 18. [2]) corr. (et AS) ualedicens, pr. m. ualedicere. [3]) cum bis scr. [4]) sic pr. m.; corr. -ti. [5]) liber ineternum. [6]) AS nos invicem. [7]) AS et honor. [8]) -c- corr. restituit, qui idem expunxit s ante p positum. [9]) AS vinorum. [10]) misere corr. e miserere. [11]) hoc de om. AS. [12]) AS hujus.

Digitized by Google

*ci*am et memoria*m* u*estr*i. (17) scire | eni*m* debetis, q*uo*d
status u*estr*i [1]) co*n*sideracio frequens | est cordis mei medi-
tacio, q*ua*m i*n* intimis p*re*cor|diis meis dilec*t*io perfu*n*dat [2])
et multiplicitas ua|rificat et magnitudo u*el* mirabilitas co*n*-
tinu|at, q*ui*a, priusq*uam* [3]) una*m* possim te*r*minare, sibi al-
tera | co*n*tinuo succedit; q*ua*m auide p*ro*tinus mens sus|cipit
cu*m* quada*m* dulcedine et ea occupari de|lectatur. et q*ua*muis
sec*un*dum diu*er*sitate*m* consideraci|onis diu*er*sitas oriatur af-
fecti*o*nis, nulla*m* tame*n* pos|su*m* aduertere macula*m* infecti*o*-
*n*is uel salte*m* inpe|dimen*t*u*m* distractio*n*is, quin poci*us* in
om*n*ibus i*n*|uenio sp*irit*ualia carismata, d*iu*ina simulacra et |
eterno*rum* simul et int*er*no*rum* [4]) expressa exempla|ria. in
hiis lego et p*er*legere no*n* suf|ficio, que u*el* qua*n*ta
sit paciencia s*anct*o*rum* in tolle|randis [5]), qua*n*ta prude*n*cia
i*n* agendis, q*ua*nta p*ro*ui|dencia i*n* cauendis, q*ua*nta exami-
nacio i*n* discernen|dis, q*ua*nta co*n*cupiscen*c*ia i*n* diuinis sa-
piendis, q*ua*n|ta leticia i*n* perfruendis. illic co*n*templari
libe*t* [6]), q*uo*|modo dyabolo illudit*ur*, mund*us* despicit*ur*, cor-
pus || seruituti subicit*ur*, viciis bellu*m* indicit*ur*, corona p*ro* | XXXIV.[1]
uictoria rep*ro*mittit*ur*. q*ua*ntu*m* ad primum [7]), dyabolo il|lu-
dit*ur*, falsa ueris co*m*miscen*t*i, blanda p*ro*mittenti, | penalia
exibenti, crimina suaden*t*i, seductioni co*n*|tinuo inten*d*enti,
te*m*ptato nulla*m* requie*m* conceden|ti, mille artib*us* nocere
cupienti, du*m* uerum a falso | discernit*ur*, blandis resistit*ur*,
penalia pacien*ter* suffe|runt*ur*, crimina euaduntur, seduct*i*o*n*es
p*re*cauentur | et temptacionibus i*n*fatigabilit*er* bella geruntur;
sed et mundus illic | despicitur, du*m* diuicie ei*us* co*n*tem*p*-
nu*n*t*ur*, honores | no*n* appetunt*ur*, breuitas ei*us* et fallacitas
aduer|tunt*ur* et declinant*ur*; sed et corp*us* illic subicitur, |
du*m* co*n*cupiscen*c*iis ei*us* resistit*ur*, ieiuniis et uigi|liis [8]) atte-
rit*ur*, aspero uestitu affligit*ur*; illic eciam | co*n*tinua pugna
co*n*tra uicia gerit*ur*; nam sup*er*bia | humilitate co*n*primit*ur*,
gula abstinencia uincit*ur*, | luxuria uirg*in*itate expellit*ur*,
auaricia co*n*temptu | te*r*reno*rum* abbigit*ur*, accidia [9]) co*n*tinuo

[1]) corr.; pr. m. no*str*i. [2]) AS perfundit. [3]) corr.; pr. m. priusq*ue*.
[4]) AS divina simul et internorum. [5]) corr.; pr. m. intollerandis. [6]) corr.;
pr. m. miro scripturae mendo co*n*templarilib*us*. [7]) liber ad primo. [8]) corr.;
pr. m. uigili|liis. [9]) AS acedia.

Digitized by Google

spirituali exercicio dominari non permittitur, ira [1]) per pacienciam emollitur. | illic eciam non solum corona promittitur, sed iam preludium quoddam inmittitur, dum degustari datur, quam | dulcis est dominus: incorrupcio habetur in uirginitate [2]), cognicio possidetur in contemplacionis limpiditate, fruicio sentitur in iocunditate, eternitas | pregustatur in tranquillitate, licet diminute. | cum autem uenerit, quod perfectum est, euacuabitur, quod | ex parte est.

(18) quamuis autem predicta in scriptis legerim, numquam tamen ea sic datum est corporaliter [3]) intueri, sicut in status uestri uaria disposicione. ibi enim | pro tempore exellencior sentitur dei gracia, lucidior et | manifestior apparet diuina presencia, uirtuosior cernitur eius efficacia. item ibidem pro tempore crudelior furit [4]) demonis seuicia, astucior insurgit nequicia, pertinacior [5]) debaccatur [6]) malicia. o quam dissimilia sunt hec! nam demon [7]), quando ei licencia datur, | concutit terroribus, concidit uulneribus, affligit uerberibus, spoliat uestibus, percutit et conburit lapidibus, terret ymaginibus, falsis inuoluit opinionibus [8]) et mille non desistit insurgere machinacionibus. sed sponxxxivv[1] sus tuus curat uulnera, sedat ‖ uerbera, detegit figmenta, tollit tormenta, presenciam suam manifestat, dulcedinem communicat [9]), secreta | reuelat, uirtutes inspirat, audaciam condonat, perseueranciam conseruat; insuper sponsam suam interdum inter | brachia sua collocat, eam super lectum [10]) suum inclinat | [11]) et iocundissime ei cohabitat. hec meditari dixi sapienciam, in hiis conseruari summam prudenciam et super | omnem humanam fore estimo industriam. solius enim | hec sunt sponsi . . . dignacionis, solius sponse hec sunt priuilegia dignitatis. sed heu me! qui a talium saltem extrema | participacione cecidi et recessi! miseremini mei, misere mini mei [12]) saltem uos, amica mea! et memor esse mei | dignemini, dum bene uobis fuerit cum sponso uestro;

[1]) liber ita. [2]) liber in inuirgini|tate. [3]) et spiritualiter add. corr. (et AS). [4]) AS fuit. [5]) liber pertinacione. [6]) liber debactatur. [7]) pr. m. demonis, corr. demoni. [8]) opi|nionibus corr. [9]) liber: AS commutat. [10]) liber dilectum. [11]) AS cum super Dilectum suum se inclinat. [12]) alterum miseremini mei om. AS.

Digitized by Google

et | o! quam bene! immo optime in optimo. valete in cristo, | karissima cristina!

(19) Huic litteram subieci, quam misi | de kalmarnia [1]): |

Karissime sibi in cristo filie et amice, uirgini cristi, cristine, frater petrus, lector gothensis, spiritualis | et specialis dilectionis augmentum in spiritu sancto. hanc | uobis secundam [2]) scribo litteram, postquam a uobis separabar, | in qua summatim [3]) repeto de status mei disposicione et | tui [4]) in sponso tuo dilectione. quinta feria post lucie | redii in meam prouinciam, non sine graui uite periculo, quod in nocte beate lucie pertuli, propter tempestatem; | sed benedictus deus, qui me liberauit pro sua glorificacione [5]) et uestra consolacione. noueritis enim, quod in periculo mortis non fui uestri oblitus, sed magis confidebam de uestris meritis et oracionibus, erantque in corde | meo due affectiones, ad se inuicem conpugnantes. liben ter mortem sustinuissem in uia, quam pro uestra agebam | consolacione, sed et mortem horrebam, utique et pro uestra con|solacione; sciebam enim, si me mori contingeret, uos graiuiter debere turbari [6]). si [7]) ergo aduertitis, karissima, uos es|tis [8]), pro cuius consolacione libenter uiuerem et libenter | mortem sustinerem; vnde credo, quod propter uestrum solacium, | non propter meum desiderium, deus uitam michi concessit | longiorem. karissima, rogate sponsum uestrum, ut nos ad | huc ante [9]) mortem ex [10]) mutuo aspectu in seipso dignetur letificare. (20) in se ipso dico; quia sine [11]) ipso omne dulce amarum, | omne pulchrum fedum. omne quantacumque [12]) duracione extentum breuissimum est. aut nichil, aut prope nichil. in XXXIV[2] eo | ergo est nostra pulchritudo et dulcedo, a quo et ipsa | existencie nostre mensura dependet. karissima! si creata pulchritudo et dulcedo adeo delectabilis est, ut eam [13] | plurimi ament et amplectantur, quam dulcis, delectabilis,

[1]) AS Kalmaria. [2]) sic AS; liber secundo. [3]) an sumatim soluendum? [4]) AS tua (cfr Wollersheim, p. 204, n. 1). [5]) AS pro sua miseracione. [6]) ita pr. m.; corr. debere et turbari; unde conicias eum dolere, non debere legisse. (an uoluit debere dolere et turbari?). [7]) AS Sic. [8]) AS esse. [9]) ante est in mg. (et paulo ante AS errat. typoth. et pro ut). [10]) AS de. [11]) corr.; pr. m. in se. [12]) liber quantacumquem. [13]) m est in ras.; fuit, opinor, eas.

Digitized by Google

amabilis et desiderabilis [1]) est pulchritudo, q*ue* | om*n*ia pulchra formauit? et dulcedo q*ua*m dulcis, | que om*n*ia dulcia creauit? si uita p*re*sens, cunctis | malis obsita, pecc*at*is obnoxia, penis attrita, miseri|is plena, p*er*iculis anxia, utiliu*m* q*uasi* ignara, futuro|ru*m* inp*ro*uida, temp*or*is mortis nescia, s*ed* de sente*n*cia *cer*|tissima [2]), de [3]) ete*r*ne dampnac*ion*is inflict*ion*e timida, | adeo est dulcis, ut ea [4]) nullus eciam [5]) de nume*r*o mor|talium uelit carere, q*ua*m dulcis estiman*da* est uita e|terna, que de deo, cu*m* deo et in deo erit? d*eus* e*nim* solus | est uite illi*us* causa [6]) p*ro*pter primu*m*, sol*us* co*n*uiua letifi|cans p*ropter* s*ecundum*, sol*us* habitacio et co*n*tinuacio p*ropter* | tercium. festinem*us* ergo i*n* illam uita*m* ingredi, cui*us* | causa sol*us* deus, *con*uiua deus [7]) et om*n*is boni [8]) conser|uator sol*us* deus. et q*ua*muis de hiis tribus sit parti|cularit*er* exemplatu*m*, utilit*er* tame*n* est ab apostolo | p*ro*nu*n*ciatu*m*: »erit deus om*n*ia in om*n*ibus». uerbu*m* h*oc* | dict*u* est mirabile; s*ed* si racio aduertatur, no*n* est in|credibile. om*n*e *enim* bonu*m* deus est et a deo est et i*n* | deo est. primu*m* respicit presci*enci*am [9]), s*ecundum* causa*n*|di efficaciam, et tercium co*n*seruac*ion*is p*er*manenciam. | et q*uoni*am id, q*uo*d nos sum*us*, p*ro*ximum est nobis, no*n* o*portet* [10]) | exempla a remotis assumere, sed i*n* intimis in|quirere. siue ergo a uobis ego, siue uos a me que|ratis, an uos diliga*m* u*el* a uobis diligar, certitu|dinalit*er* respo*n*deri potest ab utroq*ue*, q*uia*: »diligo et | diligor»; et ideo terci*am* inducam p*er*sonam, ut facili*us* | elucide*m* ueritate*m* intenta*m*. si quis ergo a me que|reret, an *crist*inam diligere*m*, tota fiducia respo*n*de|re*m*: »diligo». et si ampli*us* p*ro*sequeretu*r*, dic*ens* et i*n*qui|rens dilect*ion*is causa*m* u*el* [11]) racione*m*, cur *crist*ina*m* dili|gere*m*, ex optima co*n*sciencia dicere*m*, q*uia* «p*rop*ter *crist*um». | ampli*us* si instaret, quomodo *crist*ina*m* diligere*m* i*n*ues|tigans, i*n*trepide co*n*fiterer: »sicut sponsa*m* d*omi*ni mei | et cohered*em* regni». (21) ad quo*rum* elucidac*ion*em xxxv$_r^1$ nota*n*d*um*, ||| q*uo*d in primo inquiritu*r* de condic*ion*e diligi-

[1]) AS dulcis et delectabilis, omissis amabilis et desiderabilis. [2]) AS tristissima. [3]) AS deque. [4]) corr.; pr. m. eas. [5]) AS om. eciam. [6]) corr.; fuit tam. [7]) nescio an solus ante deus repetendum sit. [8]) AS; liber bonus. [9]) AS præstantiam. [10]) AS opus est. [11]) AS et.

Digitized by Google

bilis, secundo de fine dilectionis et intencione diligentis, tercio de mensura affectionis; et hoc. licet non eodem ordine. explanabo. cum ergo anima mea perscrutaretur omnia | interiora sua desideria et precordia in consciencia pura, et ab eis inuestigaret. quo tenderent. et quid quere rent. aut quid intenderent. responderunt unanimiter: »cristum querimus. cristum inuenire [1]) uolumus. cristo uniri appetimus et illo frui cupimus». quod cum audissem | et experimento sensissem. ab eis seriose inquisiui [2]), | qua arte uel quo compendio sperabant posse inpleri. quod summe desideraverunt consequi; et circumspexerunt omnia, que sensus corporis foris circumstabant, et multa longaque facta collacione, examinacione et | conparacione et. ut uidebatur. non parua interiecta dubitacione et disputacione, post [3]) longa silencia | et plurima scrutinia. post multos circuitus [4]) errorum | et opinionum, tandem, quasi nocturna quadam uisione | illuminata et quadam dulcedine interiori [5]) affecta. | dixerunt: »per cristi sponsam cristinam». quod audiens, corde factus sum hillarior, mente securior; aduertens in nomine cristine ad cristi nomen dulcissimum [6]) conformitatem et in sponse uocabulo ad sponsum familiaritatem. cepi dilectionem cristine toto pectore admittere | et dixi anime mee et consciencie: »Diligenda ergone [7]) est | cristina»? et dixerunt: »utique, quia in ea expressa est cristi similitudo». nam in uerbis eius cristus auditur, in presencia eius | cristi figura cernitur, in conuictu eius cristus sentitur | et, ut cuncta breui uerbo concludamus. cristus [8]) in ea omnia factus est uel pocius omnia fecit. et quoniam secretariam dei te esse sencio. deinceps ad uos. karissima cristina, sermo est dirigendus, quoniam negocium michi multum cordi a [9]) uobis quero: an cristi sponsam cristinam | diligere debeam, quam omnia interiora mea protesta ta sunt ad cristum uiam esse directam et certam? an forte sit contempnenda [10])? sed quis [11]) adeo

[1]) AS seriose. [2]) liber inquisissem; AS ab eis quæsivi. [3]) liber plus. [4]) circuitus restituit corr. [5]) corr.; pr. m. interiora. [6]) dulcissimam legendum, ni fallor. ante familiaritatem u. sq. desidero adiectivum, quale est iocundissimam. [7]) AS Diligendane ergo. [8]) ecce ante cristus add. corr. inter lineas. [9]) corr. restituit a. [10]) corr.; fuit contempnanda. [11]) AS; liber si quis.

Digitized by Google

insensatus est, qui | dicit [1]) cristi sponsam non esse casto amore diligendam? | clamet ergo mundus, irrideat, detrahat, irascatur | et dehortetur: sponsam tamen domini mei ex intimo | corde meo diligam propter sponsum ipsum. sed pro
40 XXXVr[2] regula || ponitur: propter quod unumquodque, ipsum magis. 5
si ergo | cristinam propter cristum diligo, ergo plus cristum quam | cristinam diligo; et hec conclusio non solum necessaria [2]), sed et | uera. si ergo cristum plus diligo, numquid cristinam eo | minus diligo, quia cristum ei in dilectione pre-
5 pono? vere | non, immo eam inordinate diligerem, si cristum 10
ei non | preponerem. quare, quia tota racio dilectionis cristine | cristus est, nulla utique alia preter eum, quia nescio, ad | quem usum uel fructum ualeat, nisi ad inueniendum |
10 cristum, cristina ergo, quia ad cristum diligendum, inueni-| endum et perfruendum michi uia facta est et in uia | pre- 15
uia, ideo michi nimis amabilis et desiderabi|lis est effecta. valete, in eternum [3]) ualeatis!

(22) Anno domini M:O CC:O LXXX:O in uigilia be- Anno
ati laurencii ac|cepi subditam litteram in aslonia [4]) in 1280
15 capitulo prouin|ciali per fratrem iohannem per ludimagistrum[7] 20
estli [5]), scriptam ma|nu magistri iohannis in scribit Petro
stumbele: |

In cristo ihesu, sempiterno sponso et amico, dilectissimo patri ac specialissimo amico, fratri petro lec|tori cristina
20 in stumbele, deuota eius filia et ami|ca in cristo intima, sa- 25
lutem [6]) per illud [7]) ineffabile cordis | gaudium, quo sponsa cristi, ob eius dilectissimi spon|si absenciam diu inconsolabiliter languida, in ipsius | delectabili presencia iocundatur. diuinorum miraculorum | archana illis panduntur non inme-

[1]) AS dicat. [2]) AS addunt est. [3]) liber ineternum. [4]) liber; AS Assonia. [5]) pr. m. estalli, corr. estli. AS Estbi. [6]) ita pr. m.; corr. in mg. salutat vos. [7]) AS salutem. Per illud etc.; B salutem et illud, quod melius uidetur. (littera B significo alterum huius textus exemplar, quod occurrit in initio partis III:ae; de quo uide Johannes Paulson, In tertiam partem libri Juliacensis annotationes. Appendix (Göteborgs Högskolas Årsskrift II. 1896. 2), hic e B ea tantum afferam, quae ad Petri uerba emendanda uim aliquam habeant).

Digitized by Google

rito, qui ea non so|lum deuoto cordi inserunt, verum eciam ad honorem et | gloriam dei et proximorum utilitatem nituntur litterali | memorie commendare. hinc est, quod, uestri cordis pi|issimum affectum circa deum considerans, uestre caritati | decreui quedam diuine operacionis mirabilia declara|re. igitur post uestrum recessum, cum cristina, filia uestra, | gaudium cordis, ab eius dilectissimo sponso intime | celebratum et per vestram presenciam et piam consolaci|onem ampliatum, usque ad festum omnium sanctorum conti|nuasset necnon et in ipsius festi uigilia in recorda|cione sanctorum omnium mirabiliter exultasset, in eadem | nocte, cum se ad communionem preparare deuotis o|racionibus debuisset, more solito, affuit [1]) ille cal|dissimus temptator et seuissimus persecutor, prius | ipsam adulacionibus et blandis sermonibus a||grediens; quibus dum mentem, in *cristo* fundatam, mi|nime flectere potuisset, acrius insistebat, minis | quoque et terribilibus [2]) aspectibus ipsam perterrebat tandemque, duris uerberibus affligens, caput [3]) eius fer|rea cuspide per auriculas transfixum terre infigebat, | ibique tam diu miserabiliter torquebatur, quousque, | uirtute diuina liberata et a domino confortata, re|sumptis uiribus, mane ad ecclesiam usque properauit. v|bi percepto corpore domini non solum sacramentaliter sed | et realiter, sibi abrepta est, suo sponso benignissimo | sociata et in eius dilectissimo corde ineffabiliter con|solata. (23) ex tunc usque in uigiliam natalis domini fuit gra|uissime tribulata et a demonibus multipliciter | persecuta; nam ille dulcissimus sponsus suam subtraxit | consolacionem et presenciam, relinquens adhuc sponse | recordacionem sui et confidenciam. nempe in festo beate | katherine, cum iterum communicare proposuisset, in nocte pre|cedenti uenerunt demones, qui eam solita fraude | uenenosis persuasionibus inpetebant; quam dum inmo|bilem cognouissent, seuientes in ipsam dicebant, | quod propter eius inordinatam uitam et obstinaciam [4]) si|bi dominarentur,

γCum adulando nihil efficeret, christinam per aures transfixam terræ coniunxit.

XXXV^{v}

[1]) AS interpungunt: . . debuisset, more solito affuit etc.; cfr B. [2]) B horribilibus, quod melius uidetur. [3]) ita B recte; liber (et AS) corpus. [4]) AS obstinantiam; sed et B obstinaciam tuetur.

Digitized by Google

et ideo, si eorum consiliis non acquiesceret, | grauissima tormenta minabantur. ipsa uero, ut | fortis athleta *cristi*, minas eorum cum blandiciis res puebat. quapropter irruentes in eam demones uariis tormentis affligebant, trahentes quoque ipsam ex tra suum thalamum in locum, quo fures et malefici suspenduntur; illic [1]) quoque more latronum ipsam | condempnantes ac super incudem ponentes, singula | membra eius malleis ferreis confringebant et, rote | innectentes, circumgirando diutissime torquebant, | donec eam diuina uirtus eripuit et, membris reinte gratis [2]) et confortatis, uires ad ecclesiam eundi tribuit. | (24) sed adhuc uenenosi serpentis astucia non cessauit; qui se [3]) in speciem equi ferocissimi transfiguravit et ipsi ad ecclesiam eunti ad communicandum, sicut | proposuit, retro uillam cursu rapidissimo obuiauit. | cuius fraudem ex inprouiso [4]) dum ipsa diuinis intenta meditacionibus minime consideraret, equum effrenem [5]) fore | existimabat; vnde perterrita cessit a uia, uolens [6]) suo ‖ cursu [7]) dare locum. ille autem [8]), cupiens eius | communicandi propositum inpedire, euomens [9]) ab ore flam mam sulfuream, ipsam magna ferocitate inpetiit, | et insiliens anterioribus pedibus super humeros | eius. caput per dentes suos acerrimos arripuit, | circumgirans ipsam et conculcans. tandem uero, uela minibus detractis, frustum ab eius capite ad modum | unius palme cum crinibus euulsit, tantum [10]) horrorem et strepitum cordi eius incuciens, ut ipsi uilla | esse subuersa [11]) cum domibus uideretur; sed postquam demonis maliciam agnoscebat, in nomine ihesu *cristi* eum | discedere ammonebat. ad huius dilectissimi nominis |

in loco supplicij publicj male a demonibus tractatur.

in specie equi demon insilit christinæ et eius caput mordendo lædit.

XXXV v [2]

---

[1]) ita B (et AS); liber illuc. [2]) AS redintegratis, sed et in B est reintegr-. [3]) se hoc loco ponit B; libri pr. m. om. AS cum corr. ante transfigurauit inseruit. [4]) liber ex in prouiso. [5]) B effrenum. [6]) sic B; liber nolens. [7]) sic pr. m. hic et in B; utroque loco corr. cursui, quod AS arripuerunt. [8]) ille autem dittogr. scr. [9]) corr.; pr. m. euouens (? euoluens?). [10]) ita B (et AS). liber tantumque. (fortasse tantum quoque legendum). [11]) corr.; pr. m. submersa. ex B tota ante uilla apte inseritur.

Digitized by Google

inuocacionem demon confusus, in fetidissimam | nebulam resolutus, euanuit. tunc illa, uidens tantam | nominis ihesu efficaciam, in uirtute eius confortata, ui|res resumpsit et [1]), uelamina dispersa recolligens, caput | uelauit et, licet toto corpore tremebunda, ad ec|clesiam properauit, et communicans, diem illum in gemi|tibus et lacrimis amarissimis [2]) continuauit, nul|lam a suo dilectissimo sponso consolacionem percipiens, | nisi quod de suis tribulacionibus uoluntatem eius scire | meruit et usque ad tercium diem dyabolicas per|secuciones non persensit. (25) post hec uero sponse *cristi* tri|bulacio crescebat, et demonum persecucio grauior in|minebat. quidquid enim consolacionis per recordacionem et | fiducia tam [3]) dilectissimi sponsi in corde sponse acte|nus [4]) permanserat, circa aduentum [5]) domini totum in contra|rium uertebatur. nam inter ceteras graues tribulacio|nes pugna grauissima cordi eius, ex diuina permis|sione, a spiritu blasphemie parabatur. ille siquidem om|nium [6]) demonum nequissimus omnes actus eius, passiones | et consolaciones diuinas penitus peruertebat; omnem | quoque eius uitam et conuersacionem inordinatam et in|utilem fore affirmabat [7]), et hoc multis argumen|tis et per religiosas personas, qui [8]) sic non uiuerent [9]), | mendaciter confirmauit. In hac graui cordis af|flictione per primam ebdomadam aduentus absque omni | corporis cruciatu continue luctabatur et derelictam | se a domino, quia corporaliter non affligebatur, miserabi|liter querebatur. transacta itaque prima ebdomada [10]), ||| superadditur [11]) dolor dolori. nam post secundam dominicam | eadem nocte aduersus sponsam *cristi* multitudo demo|num consurgebat, qui eam singulis noctibus, licet in|-

γdæmon inordinate uirginem uiuere per octo dies ingerit.

γNuda 2da in aduentu septimana per glaciem et nivem raptatur et cæditur.

XXXVIr

[1]) et corr. add. [2]) corr. ex emarissimis. [3]) tam ortum esse uidetur litteris finalibus uocis praemissae -iam bis scriptis. B non agnoscit. [4]) sic pr. m. et B; corr. hactenus. [5]) melius B: hoc in aduentu. [6]) corr.; pr. m. omni. [7]) B affirmauit, recte haud dubie; consonat enim cum sequente confirmauit. [8]) sic et B, quare non emendandum in que. [9]) corr.; pr. m. uiuenter. [10]) sic pr m. et B; corr. hebd-. [11]) liber super additur.

Digitized by Google

tollerabile fuerit [1]) gelu. uestib*us* exspolia*n*tes nuda*m* a | cubili suo p*er* sepes, spinas et glebas [2]) co*n*gelatas, nu*n*c | p*er* caput, nu*n*c p*er* pedes, ad quanda*m* palude*m* uicina*m* | silue [3]) p*er*trahebant, illic quoq*ue* mente*m* eius dis|putacionib*us*, co*m*minacionib*us*, blasphemiis et di|uersis i*n*iuriis torque*n*tes, ip*s*am potestati eo*rum* fo|re tradita*m* assereba*n*t, tande*m*q*ue* iudiciali sente*n*cia | conde*m*pnata*m* ip*s*am p*er* collu*m* rapieba*n*t et corp*us* eius | p*er* tres noctes, ad modu*m* bouine pellis, diutissime | cesu*m* q*uasi* exa*n*i*m*e sup*er* glaciem p*r*oicieba*n*t et, hoc f*acto*, | discedeba*n*t [4]). (26) sed quid tu*n*c actu*m* fuerit, solicite audi|am*us*. adimpletu*m* est illud ewang*e*liu*m* [5]), q*uo*d de ip*s*o | sponso legit*ur*: «reliq*uit* eu*m* temptator et accedentes | angeli ministraba*n*t ei»; q*uonia*m quide*m* ille dil*ect*issi|mus spons*us* et fidelissim*us* amic*us* sponsa*m* sibi | dil*ect*am i*n* hac n*ece*ss*i*tate, sicut et in om*n*ibus, n*on* | deseruit et, licet suam p*r*ese*n*ciam et omne*m* con|solacione*m* cordi ei*us* subtraxerit [6]), tame*n* ip*s*am per | suos fideles nu*n*cios co*n*solari dignat*us* est [7]), fide*m* in in|fidelitate seruauit et sue sponse i*n* co*n*solacione*m* | et m*i*nisteriu*m* duos ang*e*los destinauit, q*ui* tolle*n*|tes corp*us* eius singulis noctib*us* a lesionibus | curaba*n*t et a frigorib*us* lenissimo [8]) atq*ue* calidis|simo pallio obumbraba*n*t mente*m*q*ue* ei*us* diui|nis co*n*solac*i*o*n*ibus co*n*fortaba*n*t et se om*n*ib*us* pas|sionib*us* eius affuisse et paciencia*m* uidisse affir|maba*n*t, necno*n* et i*n* tam miris *con*solacionib*us* et | piis exhortac*i*o*n*ibus ip*s*am domu*m* reduceba*n*t, q*uo*d | p*re* nimia admirac*i*o*n*e neq*ue* uia*m* neq*ue* modu*m* reduc|cionis p*er*pendere ualebat; quib*us* tame*n* recede*n*tib*us*, | se i*n* suo cubiculo i*n*ueniebat. ang*e*los illos *et* pal|liu*m* corp*or*alibus oc*u*lis no*n* uidebat, s*ed* calore*m*, leni|tate*m* et obumbracione*m* pallii realit*er* senciebat, | et angelo*rum* curac*i*o*n*es et co*n*solac*i*ones i*n* corde su|o sp*irit*ualit*er* et ueracit*er* cognoscebat. s*ed* heu! tam | mirifica co*n*solacio stati*m* ip*s*i in co*n*trariu*m* uertit*ur*. | (27) na*m* seque*n*ti nocte adue*n*ien-

Angelj torta*m* et γ eiecta*m* reficiunt e*t* reducunt.

[1]) AS fuit. [2]) corr.: pr. m. glebes. [3]) ad silue in mg. exstant d*ic*te goribras(?). solet gůrbruch nuncupari. [4]) corr. (et AS) ante discedeba*n*t inseruit uicti. B non agnoscit. [5]) B ewangelicum. [6]) B recte subtraxerit. [7]) e*st* add. corr. [8]) ita liber, si uerum uidi; AS levissimo. cfr infra v. 30.

Digitized by Google

tes demones illam consolacionem ab ipsis factam fuisse mendaciter assere bant et conprehendentes eam nudam, sicut antea, ad | horrenda loca nemoris pertrahebant ibique, sicut | in precedentibus [1]). mentem eius diuersis iniuriis et molestiis affligebant et insultantes ei dicebant: »nunc | uides, quoniam [2]) potestatem habemus mortificandi et reuiuificandi [3]) te. si enim hic deus esset, cui tu seruis et | confidis, utique liberaret te de manibus nostris». hec et | plurima hiis similia exprobrando dicentes, ipsam in | altam arborem suspenderunt [4]). et quidam [5]) eorum super arborem | ascendebant, alii autem deorsum [6]) in terra stabant, uncos [7]) | ferreos in corpus eius infigentes, et tam diu corpus | inuicem lacerando attractabant [8]), quousque ossa carnibus spoliabant. tandem superior turba demonum inferioribus dicebat: »nos digitos eius firmiter seruare uolumus, uos autem trahendo acrius insistite». | at illi cum tanta fortitudine traxerunt, quod | digiti [9]) diuisi a corpore manserunt sursum in arbore, | reliquum uero corpus in terram corruit moribundum. | sic [10]) ergo trahendo, comminando, blasphemando, con|dempnando, potenciam illam, qua singulis noctibus | reformabatur, sibi asscribendo, ad arborem suspendendo, carnes unguis lacerando, per singulas noctes usque ad uigiliam natiuitatis domini insistebant, donec singula membra eius, scilicet digitos, pedicas [11]), | brachia et crura, mamillas, oculos, linguam, | nasum, aures et caput eo modo, quo ante [12]) digitos, a corpore diuidebant, ita quod [13]) in prima nocte digitos, secunda [14]) pedicas et sic deinceps [15]). in omnibus hiis | ad augmentum doloris discernendi sensum habebat. | ita quod horrorem locorum, nuditatem membrorum simul | et turbam demoniorum cognoscebat. insuper eam |

γdæmones, ex arbore eam suspendentes, membratim eam dilacerant et carnes ossibus avellunt.

XXVII.

[1]) noctibus a B mutuandum uidetur. [2]) AS quam. forsitan quod ex B restituendum sit. [3]) cfr Paulson, Annotationes p. 10 et n. 1. [4]) B suspendebant, quod sequenti ascendebant commendatur. [5]) corr. e quidem. [6]) deorsum ex B restitui. liber (et AS) seorsum. [7]) corr. in mg. vncos; pr. m. hunctos (i. e. hunccos). [8]) AS attrectabant. [9]) liber dittographia digni | digiti. [10]) corr. e si. [11]) = digitos pedum. [12]) antea, quod praebet B, magis arridet. [13]) B ita tamen, quod. bene. [14]) B in secunda. [15]) AS, nullo sensu, signum interpungendi post deinceps om.

Digitized by Google

demones in corde taliter illudebant, quod ad spectaculum | tormentorum suorum multitudinem populi adesse | credebat. hoc enim comminando ipsi sepius promitte|bant, quod ad confusionem sui uiros tocius uille conuocare deberent. in qua tamen promissione, sicut | in multis, dominus mendaces eos ostendit. in omnibus | hiis tribulacionibus uestram presenciam sepius optauit; sperabat enim uestris consolacionibus
xxxvi^{v} subleuari ‖ et oracionibus adiuuari. (28) circa finem [1]) huius certaminis, hoc | est in illa nocte, que uigiliam natalis domini precedit, | cum iam singula membra, excepto capite, eo modo, quo | supra dictum est, cruciata fuissent, uenerunt demones solito acriores, corpus eius trahentes, mentem | quoque blasphemiis et iniuriis torquentes, et insultando se ipsam [2]) mortificasse et reuiuificasse [3]) et | ad hoc [4]) pepercisse [5]) testabantur, et nisi uelociter ab erronea | uita resipisceret, non ultra parcere, sed penitus ipsam exterminare minabantur; cumque diu in huiusmodi [6]) commi|nacionibus morarentur nec ipsam ad unam cogitacionem a suo proposito auellere potuissent, conprehendentes denique ipsam, in altam arborem suspenderunt et, carnibus [7]), ut supra dictum est, vngulis laceratis, ad truncacionem capitis seuiebant. in hiis omnibus angus|tiis sponsa *cristi*, suo benignissimo sponso [8]) inmobiliter, licet | insensibiliter adherens, cor eius contritum et humiliatum | in sui sponsi cor dulcissimum commendauit; et, hoc | dicto, caput eius continuo, quomodo prius alia membra. | a demonibus truncabatur. ad quem igitur [9]) illa beata | anima, per tot genera tormentorum expulsa a corpore, tunc | pocius confugeret quam ad illum, qui mortificat | et uiuificat, deducit ad inferos et reducit? pro | cuius eciam amore tanto tanta [10]) supplicia sustinuerat pacienter? in omnibus hiis tormentis singulis | noctibus similiter, ut supradictum est, per angelos ab|soluebatur,

[1]) finem add. corr. [2]) corr.; pr. m. seipsam (ut est in B et apud AS), peruerse. [3]) AS om. et. B meliorem legendi rationem seruasse uidetur: mortificasse, uiuificasse et . . . [4]) sic liber, ut et B; AS adhuc. [5]) corr. [6]) ex B restitui. [7]) corr.; pr. m. canibus. [8]) ex B addidi. AS dilecto suo benign-. [9]) AS om. igitur. [10]) liber tanta tanta. scilicet aut tanto tanta legendum, aut alterum tanta, ut in AS (et B), omittendum.

Digitized by Google

pallio tegebatur et magnis consolacionibus [1]) mirabiliter ad eius thalamum reducebatur. | numerus quoque demonum. qui eam a festo omnium | sanc-

γdæmones 12 toto aduentu eam exercuerunt, et duo angelj eam consolatj sunt.

torum usque ad uigiliam natiuitatis domini uexaue|rant. XII fuerunt; qui omnes. diuina uirtute con pulsi. in ipsa nocte. que uigiliam precedit. confusi | ante conspectum sponse cristi conuenerunt. exponentes singuli persuasiones. operaciones et intenciones | eorum mortiferas. se mendaces per omnia et omnino | ab ipsa superatos fore affirmabant et deum. quem prius [2]) ua|riis exprobracionibus blasphemabant. nunc eximiis | laudibus commendabant. se quoque propter eorum nequi|ciam affligi [3]) pronunciabant et se ab ipsa dimitti | suppliciter postulabant. γandem uero,

γNocte, quæ vigiliam nativitatis præcedit, tentatores omnes veniam petentes apparent.

ipsa sub uirtute || nominis ihesu cristi iubente. non sine magnis ululatibus | discedebant. tunc deuota sponsa cristi aduentum sui dilectissimi sponsi usque in secundum diem. hoc est in | diem natiuitatis cristi. cum magno desiderio expectabat. in quo uidelicet die post percepcionem dominici | corporis [4]). sponso adueniente. tanta auiditate et celeritate cum eo ad nupcias introiuit. quod ad locum | retro altare. ubi semper post communionem recumbere solet. procedere nequiuit. in quibus nupciis tantis mirabilibus gaudiis et deliciis affluebat. quod | usque ad diem tercium nullius rei discrecionem habebat. neque cibum infra [5]) sumebat. (29) ex tunc usque post | primam dominicam XL:e. exceptis paucis diebus. iugiter in magnis consolacionibus perseuerauit; mine|rat enim cordi eius ad suum dilectum tam uehemens | caritatis con-

γ sumpta communione post altare meditacionj sedare consueuit.

γa nativitate usque [6]) ad I:am dominicam 40[7]. cælestibus solatijs fruitur continuo, paucis diebus exceptis.

[1]) B in magnis consolacionibus, bene; cfr p. 169, v. 25. [2]) prius restitui ex B. [3]) corr. ex affligebant. [4]) AS corporis dominici. [5]) AS infra [illud tempus], male, cum per se infra ualeat „under tiden", „emellertid". sed fortasse nec potum ab eo, qui B correxit, mutuandum est, ut post cibum inseratur. [6]) liber VT, ni fallor. [7]) i. e. quadragesimæ.

Digitized by Google

uersio, quod, cum [1]) aliquando collaciones de deo in uicem haberemus, uerborum tam a me quam ab ipsa | incontinenti dictorum sepius obliuiscebatur et, me eadem continuo repetente, se dixisse uel meminisse | penitus diffitebatur. preterea, sicut incessanter, cum uigilaret, cordi eius ex beneficiis sui dilectissimi sponsi [2]) influxerunt [3]) mirabilia infinita, ita nichilominus per singulas noctes [4]), dum pausaret corpore, uisiones delectabiles apparuerunt; inter quas unam de uobis uisionem mirabilem | uidit, quam michi cum magno gaudio narrauit | et, ut uobis eam scriberem, postulauit. quadam enim nocte uidit uestram personam sibi assistere et cuidam digito uestro perspicuo [5]) et ad modum auri splendido [6]) anulum pulcherrimum intrinsecus insertum, in cuius | summitate erat gemma clarissima, in qua continebatur: | »ihesus cristus est uestrorum amborum fides eterna«. illud autem, | quod in inferiori [7]) parte anuli continebatur, narrare | michi nullatenus uoluit, sed [8]) uos ipsam [9]) forsan debere conuincere retulit.

(30) De hoc autem, quod supradictum est, exceptis paucis diebus, diligenter aduertite [10]); quod post | diem conuersionis beati pauli usque ad purificacionem beate uirginis filia uestra singulis noctibus grauiter affligebatur a duobus demonibus; qui uenientes | in illa nocte, que est ante diem purificacionis, diuersis | eam blandimentis et adulacionibus XXXVII[r] inpetebant et ab ||| erronea uita actenus habita [11]) recedere persuadebant. at illa, | ut mencionem uite fieri audiuit, audacter et intrepida [12]) respondit: »bene monuistis, quia tempus est, ut | ad ueram uitam, que cristus est, me conuertam. blandimenta enim uestra et adulaciones despicio, tormenta | et comminaciones non solum non pauesco, sed cum magno | desiderio exspecto«. et inpaciens more dixit: »nolite | tardare, sed quidquid uobis a domino preceptum

[1]) AS punctum post conuersio ponunt, quod cum B restitui. [2]) sponsi ex B restitutum. [3]) corr. ex inflixerunt. [4]) AS [noctes] reponunt, recte, B teste. [5]) liber prospicuo. [6]) lege: perspicuum et . . . splendidum. [7]) AS interiori. [8]) AS ad pro sed. [9]) corr. ex ipsum. [10]) ita corr. (ut B): pr. m. aduerte. AS [debes] aduertere. [11]) habita ex B restitui. [12]) liber, adstipulante B; AS intrepide.

Digitized by Google

γMoræ impatiens duos dæmones ad se tentandum(?) venientes, ut festinent, hortatur.

est, festinanter | perficite, nil parcendo». tunc quidem illi, mutatis aspectibus, horridiores [1]) apparuerunt et aduersus ipsam | atrociter seuiebant, tenentesque in manibus uncos | fimarios [2]), post longas comminaciones ipsos eius corpori infigebant; cum quibus corpus a terra leuantes, | tam diu comminando, blasphemando [3]), corpus inuicem | lacerando insistebant, donec de carne eius duo frus|ta [4]), ad modum cubiti longa, abstrahebant. que tamen | ipsa cum [5]) tali gaudio, quale se numquam in passioni|bus recepisse meminit, in utrasque manus arripiens cadensque [6]) ad terram suo dilectissimo sponso immensas laudes et graciarum actiones offerebat [7]) necnon [8]) et | deuotis oracionibus insistebat.

γcarnes avulsas propriis manibus colligit.

quanta autem huius | laudacionis et oracionis efficacia fuerit, mira|culi nouitas declarauit: Diuina etenim uirtus | illum oracionis locum mirifico lumine illustrauit; | cuius splendore [9]) exterriti demones et confusi, retro | abierunt et, exclamantes uoce magna, dixerunt: | »cristina, ancilla dei omnipotentis, dimitte nos! ora|ciones enim tue nos exurunt». aperientes quoque eorum | nequicias, mendaces se per omnia uictosque ab ipsa | et numquam ultra inpetituros pronunciabant Et, quid|quid antea [10]) ad iniuriam dei insultando blasphemabant, | cum magna sui confusione modo negando excusabant; | insuper et tanta de uirtute et bonitate dei mirabilia predicabant, quatenus ipsa, licet debilis corpore, ad au|diendum iterato huiusmodi [11]) sermonem de deo ad locum re|motum se uelle pergere fateretur. Mane autem facto, | sponsa cristi, licet sanguine perfusa, uulnera tamen pre | nimia iocunditate et admiracione non senciens |

γlumine cælesti locus, in quo iacet, illustratur, et dæmones fugiunt.

---

[1]) conicio horribiliores legendum esse. [2]) corr. e fumarios. [3]) blasphemando om. AS. [4]) corr. e frustra. [5]) AS om. tamen ipsa cum. [6]) melius cum B cadens legi uidetur. [7]) AS post immensas . . . actiones hæc offerebat. [8]) pr. m. nec; corr. hec, unde AS hæc offerebat et devotis etc.; necnon ex B restitui. [9]) sic B; liber splendorem. AS ad cuius splendorem. [10]) antea cum AS dedi. liber (et B) autem. cfr supra p. 172, v. 11. [11]) corr. add. modi.

Digitized by Google

uel pocius sentire despiciens. pro corpore domini percipi-
xxxviir² endo [1]) ad ecclesiam properauit; quo percepto. dicto cicius ‖
in amplexus sui sponsi rapitur et ibidem ineffabiliter consolatur. (31) ab illo [2]) autem die usque ad noctem. | que est
post primam dominicam XL:e. in magna consolacione continue perseuerauit. in qua quidem | nocte. absentante se
sponso. mirabilis sponse | exultacio subito conuertitur in merorem. et inestimabilis consolacio in langorem [3]). o quam
graciosa et | cara sponso. sponse uero [4]) fructuosa. licet
amara. absentacio. per quam sponsa ad querendum auidius | sponsum incitatur [5]) necnon ad fruendum delectabilius. ad
tenendum stabilius inuitatur; per quam [6]) | eciam cor sponsi
dilectissimum uulneratur et nichilominus fides utrorumque
et dilectio ueraciter | probatur. igitur tunc sponsa *cristi*.
cum penitentibus | a thalamo sponsi exclusa multisque doloribus et | anxietatibus inclusa, in uariis tribulacionibus et |
afflictionibus [7]) mentis et corporis usque ad cenam domini |
perdurauit. erat autem per primam ebdomadam XL:e | absque persecucione demonis et afflictione corporis | in tanto
tedio posita. et maxime tempore oracionis. | quod [8]) huius
tedii grauitas tormento mortis possit non inmerito comparari. in qua [9]) tribulacione uir go *cristi*.
nec oracionem negligens neque uiribus parcens nec somnum oculis indulgens.
uiriliter decer tauit. transacta itaque prima
ebdomada. *cristus*. | dilectam sibi sponsam diligencius examinare et fidem illius plenius probare uolens. ipsam exposuit |
contra turbas demonum pugnaturam: DUO siquidem demones in specie duorum fratrum predicatorum. | sibi karissimorum atque fidelissimorum necnon et secretorum | eius magis

nihil de exercitijs pijs remittit, dum Deus suam consolacionem subtrahit.

[1]) AS mendo typoth. perspiciendo. [2]) AS ab illa. [3]) AS languorem, et sic B. [4]) ita pr. m.; corr. uere. uero tuetur B, legendo sponse quoque. [5]) liber incitauit. [6]) liber postquam. B uerum seruauit. [7]) AS affectionibus. [8]) nescio an quo, quod est in libro, falso descriptum sit pro quatinus, quod praebet B. [9]) liber in qua cum, unde AS in qua omni. fuit ab origine fortasse qua in tribul-, ut mendum ortum sit, in falso et ante et post qua posito.

Digitized by Google

¶In specie amicorum dæmon rationibus illj suadere nititur se male vivere.

consciorum, vestri scilicet et fratris Gerardi de grifone, singulis noctibus a II:a dominica XL:e usque ad cenam domini uenientes, uariis disputacionibus et argumentis mentem eius cruciabant et, exponentes | ei plurima secreta cordis sui, ipsam in omnibus | deceptam fore affirmabant et, ut ad uitam racionabilem se conuerteret, fallacibus consiliis informa|bant; tanto enim [1]) ipsam amplius eorum iniqua consilia | affligebant, quanto uerius ipsos non demones, sed amicos dei specialissimos esse confidebat [2]). Neque enim [3]) hoc || ipsi ad cognoscendum astuciam [4]) demonum proficie|bat, quod die superueniente uos in longinquis parti|bus positum, reliquum uero fratrem tunc temporis adesse | nequaquam potuisse, sed demones ipsos fuisse uera- 40 XXXVII[v]
citer agnoscebat. (32) cum autem, ut supradictum est, demo|nes illi disputacionibus, consiliis et exhortacionibus | diu 5
insisterent et mentem eius, licet per uerba eorum [5]) | miserabiliter afflictam, a suo proposito flectere mi|nime potuissent, continuo turba demonum horribilis, aduersus ipsam consurgens, diuersis eam [6]) tormen|tis singulis noctibus affligebant. 10
erant autem tria | genera grauissima tormentorum, quibus eam demones | a secunda dominica XL:e usque ad sextam feriam, que est ante | dominicam »in passione domini», torquebant: unum scilicet, quod, cum | post longas uexaciones duorum demonum in specie | fratrum predictorum [7]) se ostendencium sponsa cristi cum | magno tedio et grauitate cordis oracionibus | insisteret, uenientes duo demones et ipsam com|minacionibus et penarum promissionibus ab oracionibus | retardare uolentes, ignem eciam ualidum ante con|spectum 20

¶sequuntur exagitationes ceptæ 2:da dominica 40, quæ durarunt vsque ad feriam sextam hebdomadis sanctæ.

eius exhibebant; quem ipsa, licet nullam conso|lacionem a suo dilecto sentiret, cum magno impetu | animi ingrediens, genuflexiones [8]) eciam in ipsum [9]) | fa-

[1]) AS autem. [2]) AS mendo typoth. confidebant. [3]) B neque eciam. [4]) astuciam ex B restitui. AS astucias. [5]) eorum B; liber eius, unde AS eiusmodi. [6]) AS iure huic loco inseruisse eam testatur B. [7]) sic legendum esse ostendit supradictorum in B positum. liber (et AS) predicatorum. [8]) liber genu flexiones, et ita B quoque. [9]) AS intra ipsum.

Digitized by Google

ciebat; quam obrem exurens [1]) flamma ignis totum | corpus eius usque ad collum conburebat, ET ne ille | ignis putetur esse [2]) fantasticus, genua eius exustis | pustulis turgebant. — secundum autem genus tormentorum | fuit, quod post exhortaciones [3]) duorum demonum predictorum uenerunt IIII:or demones, corpus eius alii per | caput, alii per brachia, alii per pedes rapientes; | ad modum porci mactati igni ualido inuolue|bant et, infigentes sibi uncos [4]) ferreos, huc atque | illuc sepissime reuoluebant, et quidam eorum, sali|entes pedibus super ipsam [5]), flamme penitus inmerge|bant. — TERCIUM uero genus [6]), quod post longas afflicti|ones duorum demonum sepe dictorum demones III, | ipsa orante, uenerunt, qui, os eius inmisericorditer ex|pandentes, picem ei cum bullienti sulphure infun|debant. quociens autem unumquodque istorum tormentorum | euenerit, uobis notificare non ualeo. (33) hoc tamen || notate, quod, quocienscumque secundum tormentum [7]) eue|nit, tociens corpus uirginis *cristi* celesti rore ab an|gelis perfundebatur et mirabiliter sanabatur [8]); quoci|ens autem tercium genus [9]) accidit, tociens illa gloriosa ge|nitrix *cristi* [10]), sui dilecti filii [11]) sponse reuerenciam exhibens, | calicem ei mire dulcedinis propinauit; quo gusta|to, omnis dolor et amaritudo subito euanuit; | IN primo uero genere tormentorum nullum remedium, | sed dolorem continuum senciebat [12]). sed heu! tam miri|fica consolacio et subita curacio cordi eius sola|cium non prestabat, sed pocius tristiciam augmenta|bat; NAM illi mendacissimi demones illam cura|cionem et consolacionem a se factam fuisse pronuncia|bant. hec tria genera

in ignes obiectos orans ingreditur et aduritur.

accedunt quatuor demones eam plane comburere parantes.

accedunt alij tres picem et sulphur ori eius infundentes.

XXXVII[v]2

suaviter ex miserijs postremum liberatur per angelos et beatam Virginem.

[1]) ni fallor, cum B exurgens (i. e. exsurgens) legendum est. [2]) AS om. esse. [3]) exhortationes suspectum habeo. B uexaciones. [4]) unccos corr. ex unctos. cfr p. 170, n. 7. [5]) liber ipsum. [6]) ex B nescio an inserenda sint tormentorum fuit. [7]) B secundum genus tormentorum. [8]) s corr. ex i. [9]) B add. tormentorum. [10]) maria add. corr. [11]) AS gloriosa Christi sui dilecti filii genitrix Maria. [12]) liber sensiebat.

Digitized by Google

tormentorum durabant per | singulas noctes a secunda dominica XL:e usque in noctem, que est ante | sextam [1]) feriam predictam; in illa enim nocte uirginis | pugna cum tortorum numero crescebat, siquidem XX | et VI demones eadem nocte ad puniendum [2]) ipsam con|surgebant. inter quos illi [3]) duo demones in specie fratrum predicatorum [4]) ueniebant, mentem eius diuersis propositionibus et ini|quis persuasionibus affligentes, et a uita erronea | resipiscere admonebant. cumque in huiusmodi sermonibus [5]) diu morantes nichil proficerent, duo alii demones horri|biles confestim apparebant, qui, tollentes corpus eius, | quasi nudum proiciebant ad terram et, duobus lapidibus fri|gidissimis [6]) illud diutissime, unus a pectore, alter uero | a tergo, contundentes, pene ad exspirationem perdu|cebant. (34) quo facto, reliqua turba demonum conueni|ebat, numero LXXVI [7]), quatuor prioribus simul computatis [8]); qui omnes consilium inierunt, qualiter ipsam ua|riis suppliciis exterminarent. Et unus quidem ex ip|sis, qui ipsam lapidibus tutuderat, insultabat ei | dicens: »nonne [9]) uides, quod potestatem habemus cruciandi | te et sanandi? parcimus tibi et sanamus, ut grauio|ra tormenta inferamus». Tenentesque ipse et socius | eius bipennes in manibus, consilium dederunt reliquis, | dicentes: »placet uobis, ut dorsum eius ad modum por|ci mactati dissecemus hiis bipennibus et taliter ip|sam exterminemus [10])? Reliqua uero turba respondit: | »non solum [11]) ista [12]) pena sufficit, sed nos singula membra eius prius truncare uolumus». et cum hec et | plura huiusmodi [13]) comminando inuicem conferrent [14]), te-

7 726 dæmones

10 7 Dæmones 76 membratim eam dissecantes in ignem conijciunt, sed angeli bonj sanant.

15 20 25 30 35 40 XXXVIII[1]

[1]) leniore remedio fortasse originariam lectionem adipiscimur, sequendo B usque in sextam. sed tum et cum B precedente v. 2 post nocte inserendum. cfr Wollersheim p. 229, n. 1. [2]) AS puniendam; sed et B tuetur puniendum. [3]) sic B; pr. m. inter illi; corr. (et AS) inter illos. [4]) corr. ex predictorum. B cum corr. facit. [5]) AS in his sermonibus. [6]) corr. e fridissimis. rigidissimis legendum opinor, nisi malumus confugere ad durissimis. cfr p. 180, v. 6. [7]) B XXVI, quod uerum uidetur. uide Wollersheim, p. 229, n. 2. [8]) AS copulatis. [9]) corr.; pr. m. in me. [10]) haud dubie placet nobis legendum est et signum interrogandi semouendum. [11]) sic et B. AS sola, quod utinam restituere auderem. [12]) AS ipsa. [13]) modi add. corr. [14]) AS inferrent.

Digitized by Google

nen|tes singuli cultellos carnificum in manibus, ipsam | crudeliter inuaserunt; et decem ex ipsis abscidentes [1]) | ei singuli singulos digitos, alii uero decem pedicas, | quatuor autem alii demones cetera membra, scilicet manus, | brachia, scapulas, pedes et crura abscidebant [2]), | reliqui uero cum bipennibus dorsum eius dissecabant | a summo usque deorsum. hoc facto, corpus cum partibus | truncatis in ignem maximum precipitabant. talibus | uero suppliciis idem demones ab illa nocte, que | est ante sextam feriam, que dominicam passionis precedebat, ipsam per singulas noctes cruciabant, | hoc excepto, quod post illam primam noctem membra | eius cruciata [3]) amplius in ignem non precipitabant. | in hiis omnibus tormentis membra eius truncata | singulis noctibus recolligebantur ab angelis et | mirabiliter sanabantur [4]); que tamen sanacio conti|nuo ipsi a demonibus peruertebatur. inter omnes istas | grauissimas tribulaciones duabus uicibus spon|sa cristi communicauit; in quibus tamen nichil conso|lacionis percepit, neque eciam uoluntatem sui dilectissimi sponsi de suis tribulacionibus scire meruit; | sed per illos dies, in quibus communicauit, in gemi|tibus et lacrimis amarissimis perdurans, inter ce|tera doloris uerba totum illum psalmum: »domine deus sa|lutis mee», uoce lacrimabili recitauit; iam enim | nomen sponsi in ore sponse non sonabat, sed patrem | dilectum ipsum tantummodo appellabat. et quid plura?.| quidquid de passione ipsius sponsi per omne illud tem|pus prophetarum et ewangelistarum [5]) sermo declarabat, | hoc ipsum in ore sponse sepissime resonabat. e|rat tamen et est semper, in quacumque tribulacione | posita fuerit, a persecucione post communionem usque | ad tercium diem libera. (35) in fine autem huius certa|minis, hoc est in illa nocte, que est ante cenam domini, | uenerunt [6]) omnes illi demones, qui eam per totam | quadragesimam uexauerant, simul et plures cum ip|sis.

nota, quod semper post communionem tribus diebus a tentatione libera fuerit.

[1]) AS abscindentes. [2]) AS abscindebant. [3]) truncata cum B restituendum, ni fallor. [4]) puncta in mg. ante hanc periodum posita lectorem commonent de his uere mirandis. [5]) ex B emendaui. liber (et AS) ewangeliorum. [6]) AS aduenerunt.

Digitized by Google

ERAT [1]) autem numerus eorum in uniuerso sexaginta [2]) | et unus. et accedentes duo ex ipsis. illi scilicet, qui eam || in 40 XXXVIII[b] specie fratrum predicatorum [3]) ab inicio uexauerant, et acri|us [4]) eius mentem disputacionibus et fallacibus persuasionibus | sauciabant; quo facto, duo alii demones cum saxis duris|simis pectus suum, sicut premissum est [5]) contundebant. hoc | facto, horribilis illa turba demonum uniuersaliter ad-| uersus eam comminacionibus et exprobracionibus consur|gebant et, diuersis eam sentenciis condempnantes, ream mor|tis esse dicebant; portantes [6]) singuli lanceas in manibus | suis, ipsas singulis membris eius infigebant. ITA [7]) tamen, quod | decem demones X digitos, alii uero X pedicas. | RESIDUI autem cetera membra, scilicet caput, oculos, nares, | os, aures, collum, scapulas, brachia, manus, crura et pedes, simul et pectus, lanceis acutissimis singuli singula transfigebant. similiter et illi duo cum | bipennibus dorsum eius scindebant et sic membra trans|fixa disiungebant [8]). quis enim [9]) teneram puellam in tantis tor|mentis multociens fuisse mortuam dubitaret, nisi | eam ille, qui est uita uiuencium, salus omnium in | se sperancium, suo uiuifico robore [10]) reformaret et ad re|colligendum eius membra et sanandum de celo ange|los destinaret? EADEM uero nocte post grauissimas | afflictiones omnes illi demones, a quibus per totam XL:MAM | afflicta fuerat, ante conspectum eius confusi conueneruntur; et exponentes singuli operaciones [11]) et intencio|nes eorum pessimas, mendaces se per omnia ac ab ipsa | superatos pronunciauerunt, et quod [12]) eorum in singulis tor|mentis fuerunt, simul et nomina ipsorum prodiderunt. | ISTA enim prius ipsi cognita non fuerunt, scilicet numerus de|monum et nomina. INSUPER et deum mirabiliter commen|dantes, tandem cum magnis ululatibus discedebant. | (36) tunc expleto tempore penitenciali, sponsa cristi in thalamum sui

7 In omnibus membris per 40 cum suo sponso patitur et cum eodem tempore paschæ læta gaudet.

[1]) liber erant. [2]) ita liber et B. cfr p. 178, v. 17. AS e suo nonaginta dederunt. [3]) corr. e predictorum. B cum corr. facit. [4]) liber et acrius; sed B non agnoscit et, et sic melius. AS om. [5]) est add. corr. [6]) AS et portantes. legendum fortasse portantesque, duce B, in quo est tenentesque. [7]) ita add. corr. [8]) corr.; pr. m. iniungebant. [9]) AS om. enim. [10]) robore add. corr. [11]) AS opiniones. [12]) i. e. quot.

Digitized by Google

dilectissimi sponsi introducitur [1]), ubi non solum promeruit peccatorum [2]) remissionem, uerum eciam | sui sponsi desiderabilem uisionem et intimam cordis | exultacionem — illam, inquam, exultacionem, quam nemo | tollet ab ipsa. erat enim in parasceue per totum diem suo thalamo inclusa; neque enim eam quisquam uidere potuit. in qua [3]) quidem, sicut postea intellexi, eisdem horis, | quibus sponsus paciebatur, sponsa [4]) simul ipsi con|paciebatur, et hora sue exXXXVIIIv [1] piracionis ipsa aperto latere || ruptoque corde exspirauit; cum quo eciam resurgens | in uigilia pasche, sequentem diem cum magno desiderio exspectabat; in qua communicans, in sui dilectissimi sponsi amplexus est translata et in eius benignissimo corde consolata. — hec secreta uestre caritati | notifico, que michi non ab homine, sed diuinitus sunt manifestata. nec mirum; cum enim de ministris dei generaliter | dicatur: »non enim uos estis, qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis«, multo uerius de sponsa hoc intelligendum est, et maxime [5]) illo tempore, cum | recenter de thalamo sponsi proficiscitur, et non solum omnium rerum, uerum eciam sui ipsius obliuiscitur. hoc uobis scribo, ut sciatis, quia cristina, uestra filia, sui compos, nichil horum, que scripta sunt, preter pauca de passionibus [6]) michi retulit; quod tamen omnino non fecisset, | si non me quasi conscium pro huiusmodi [7]) requirere audiuisset. (37) Salutat uos cristina, filia et amica, ex intimo corde pro | beneficiis et consolacionibus anime et corporis sibi exhibitis, uobis regracians atque ad regraciandum suum dilectissimum sponsum solicitans [8]), rogans eciam, ut uestro a|mico pro ipsa hostias [9]) salutacionis et laudacionis offeratis. preterea rogat, ut desiderium suum, quod de fra|tre eius uobis exposuit, si aliquo modo poteritis, imple|atis et per uestras litteras [10]) hoc ei demandetis. regracior |

[1]) sic corr.; pr. m. introducitur sponsi, et sic AS. inter lineas ad dilectissimi additum cristi. [2]) ita pr. m.: corr. (et AS) peccatoribus. [3]) sic liber; AS quo, scil. qua respicit parasceuen, non diem. [4]) corr.; pr. m. sponsus. [5]) liber maximo. [6]) AS suis addunt. [7]) haec uox exit in ras. AS pro his, sed emendato uel addito uix opus est, cum tertia libri pars similibus uocum coniunctionibus non prorsus uacet. [8]) AS solicitat. [9]) AS hostiam. [10]) AS per litteras vestras.

Digitized by Google

eciam uestre caritati ego iohannes, uester ad omnia seruus [1]), | quod me salutacioni et litterarum uisitacioni dignum fo|re iudicastis, rogans intime, ut michi peccatorum remissionem et uirtutum augmentacionem a uestro amico in|petretis [2]). Rogo eciam cum filia uestra cristina insuper et | comminor, quatinus [3]), si umquam litteram manu mea scriptam re|cipere et aput amicam uestram consistere uolueritis, | libellum michi promissum cum ceteris, que nobis ad solacium con|grua noueritis, breuiter transmittatis. hoc autem scitote, quod [4]) il|lam partem, quam habeo, in similitudine cuiusdam fili|e uestre cristine exposui [5]) totaliter, de quo ipsa fuit mira|biliter consolata, et in tanta simplicitate audiuit, | ut eciam de uobis, quare sibi de illa filia mencionem | non feceritis, miraretur. salutat uos plebanus, hil|la de monte cum ceteris uestris amicis, regraciantes uo|bis de uestris litteris et petentes, ut deum pro ipsis oretis. || Recepimus 40 XXXVIIIIr autem tria paria litterarum uestrarum, scilicet de so|sato, de minda [6]), de lubec; illas autem de lubec post pas|cha receAnno pimus. scripta est hec littera VI:a feria an|te urbani, 1280 anno domini M:o CC:o LXXX. salutate [7]) fratrem | folquinum ex parte omnium nostrum.

(38) Eodem anno XII | kal. decembris accepi [8]) litteram inmediate sequentem, | scriptam manu predicti magistri iohannis [9]): |

In abyso caritatis | dei karissimo patri [10]) ac spirituali
Ep. XXVI amico, fratri petro | lectori, cristina in stumbele salutem et in mirabili|bus dei nouis semper [11]) gaudiis exultare.

Quamquam uestre | caritati litteram magnam ex utraque parte scriptam, con|tinentem mirabilia de passionibus et consolacionibus | uestre karissime filie et amice, que [12]) a festo omnium sanctorum usque in | festum pasche acciderant, per

[1]) liber seruuus. [2]) corr.; pr. m. inpetras. [3]) e scripturae uestigiis hoc restitui; liber aliud. AS quia. [4]) scitote, quod corr. restituit. pr. m. scilicet. [5]) corr. ex eposui. [6]) liber mindam. [7]) corr.; pr. m; saluta. [8]) AS accepit. [9]) capellani sancte uirginis cristi cristine add. corr. [10]) corr.; pr. m. karissimi patris. [11]) AS semper novis. [12]) AS quæ inserunt post consolacionibus.

Digitized by Google

quosdam fratres uestri ordinis | transmiserim, tamen caritas dei et cordis sincera deuocio me inducit uobis quedam magnalia dei, que infra | in vestra filia cognoui, declarare; siquidem, cum post multas et grauissimas tribulaciones mentis et corporis, | quas propter absenciam sui dilectissimi sponsi per totam XL:mam | perpessa fuerat uestra filia, circa festum pasche in thalamum sponsi recepta fuisset et, fugatis tocius diffi|dencie et ignorancie tenebris, ueritatis et iusticie sol [1]), cristus, uerus sponsus et amicus, sue sponse cordi il|luxisset, uel pocius — quod iocundius est — per sui luminis | inmensitatem ipsam a suo corde penitus expulisset: | in III:a ebdomada post pascha, cum filia uestra quadam | die iterum [2]) communicare proposuisset, uenerunt demones, | ipsam [3]) ab oracione retardare uolentes. uariis eciam | comminacionibus insistebant; quibus dum se nil proficere | uidebant, acrius in ipsam seuientes, ferrea instrumenta ad modum subularum acutissima eius corpori infige|bant; cum quibus faciem simul et omnia membra lace|rando diutissime torquebant. quo facto, angeli mis|si a domino tamquam pannum lenissimum faciei sue im|pri|mebant et, exteriorem apparenciam uulnerum detergentes, le|sionem tamen [4]) infra cutem eam sentire permittebant. | MANE autem facto, cristi uirgo leta ad ecclesiam perrexit, | et post percepcionem eucharistie rapiens suus spon|sus eam ad tabernaculum sui dilectissimi cordis transuexit [5]). |||

3:a hebdomada post pascha a dæmone subulis conficitur et ab angelis sanatur.

XXXIXr[1] (39) Post hec in uigilia ascensionis, cum sequenti | die communicare deberet et, post uesperas communi|one [6]) facta, cunctis recedentibus, oracionis causa so|la in ecclesia remaneret. — ecce subito et quasi ex in prouiso ille callidus hostis, tocius boni inimicus, ora|cionem eius impedire cupiens, tantum horrorem | et strepitum cordi eius inferebat, ut ipsa

Diabolus templum [7]) se|evertere simulat, ut ab oratione avocet.

[1]) liber (et AS) sol iusticie. [2]) AS om. iterum. [3]) AS qui ante ipsam inseruerunt, commatis signo post uolentes posito, ut B ostendit, sine causa. melius qui post uolentes ponitur. cfr p. 184, v. 27. [4]) AS tantum; sed et B tamen tuetur. [5]) AS transtulit. [6]) confessione cum B legendum uidetur. [7]) fuit quasi templum, sed quasi linea inductum est.

Digitized by Google

ecclesiam | totam cecidisse crederet et propter hoc quasi exani|mis fieret. et [1]) post paululum, cum resumptis ui|ribus demonis agnouisset astuciam, maiorem | sumpsit audaciam, et deum, quem prius submissa | uoce orando laudabat, nunc ad confusionem ipsi|us demonis, oblita loci, in quo fuerat, alta uo|ce cantando commendabat. Ego autem cum in recluso|rio fuissem et cantum huiusmodi [2]) audiuissem, admirans, | quid nam hoc esset, aperui fenestram et prospici|ens in ecclesiam ipsam esse conieci. qua propter exi|liens ecclesiam celerius intraui, ipsam quoque [3]) | solam in ea inueni; iam enim a cantu cessauerat | et oracionibus insistebat. me autem propius acce|dente, ut ascultarem, continuo liber ille, in quo | orauit, ab eius manibus rapiebatur et cum mag|no impetu contra terram precipitabatur [4]); ipsa | uero attrociter ad terram collidebatur et ad murum | conprimebatur. tunc ego, accedens ad eam, li|brum a pauimento sustuli et, replicans [5]) eum, co|ram ipsa in scamno posui, et ascultans ipsam | plurima intra se loquentem audiui. inter ce|tera autem dixit: »quid hic [6]) agis, maligne spiritus? ne|quaquam me a laude dei dilectissimi [7]) poteris re|uocare». et cum hec et plurima hiis similia | diceret, iterato ad genua se erexit. ego autem | nolens eam conturbare illico discessi, claudens | hostia [8]) ecclesie circumquaque preter unum, per quod exire | debuerat; ipsa uero, oracione conpleta, post modi|cum tempus domum perrexit. (40) Eadem uero nocte, ip|sa oracionibus insistente, uenerunt demones, | oracionem eius impedire uolentes; qui omnia | membra eius quasi sub torculari conprimendo torse|runt. sed fidelis deus, qui in se sperantes numquam ‖ deserit, suam dilectissimam [9]) sponsam ab hac angus|tia eripuit et, confortans eam, uires eundi ad ecclesiam tribuit; vbi post communionem sibi ipsi | auolauit et in corde sui dilectissimi sponsi felici|ter repausauit et, sequens suum sponsum, ascensio|nis festum ueraciter celebrauit. in quo quidem | festo

γtoto corpore comprimitur.

XXXIX

[1]) sed, quod B praebet, melius est. [2]) corr. add. modi. B huiusmodi. [3]) AS ipsamque. [4]) corr.; pr. m. -bant. [5]) replicans cum AS dubitans dedi; pr. m. amplicans, corr. applicans. [6]) AS his. [7]) B a laude mei dilectissimi sponsi. [8]) corr. ostia. [9]) AS dulcissimam.

Digitized by Google

inter plurima uerba melliflua uersum illum: | »ascendit deus in iubilacione», non sine [1]) uero cordis iubilo sepissime recitauit. insuper et in magno gaudio usque ad dominicam sequentem perdurauit. Post | illam uero dominicam cor eius usque in penthecosten | in magno tedio fuit et orare sine magna difficultate non potuit. preterea dominus ardentissimum | desiderium cordi eius inspirauerat pro absolucione animе cuiusdam sui specialis amici. uidelicet domini | iohannis bone memorie sacerdotis. desiderauit enim | pro suis negligenciis sibi quecumque tormentorum genera | infligi, ut dominus per suam misericordiam [2]) ipsum [3]) a penis | breuiter eripere dignaretur; sed benignus et misericors | dominus [4]) desiderium. utique a suo spiritu inspiratum, frustrari non | permisit. (41) porro per tres noctes ante festum pentecostes ex diuina permissione uenit ille malignissimus spiritus in thalamum uirginis. in specie ipsius | sacerdotis defuncti. horribili aspectu, et lamentabili uoce se [6]) eternaliter dicebat dampnatum. | exponens ei singulas et diuersas [7]) sue dampnacionis causas, scilicet, quia ei familiaris fuerit [8]), et alias | quam plures [9]) raciones, cum quibus [10]) per singulas illas tres | noctes cor eius miserabiliter et ultra quam credi | possit affligebat. sed uirgo cristi cor suum omnino | afflictum sursum ad dominum erigebat et animo turbato hoc intra se dicebat: »numquid, karissime pater | et domine, hic tuus famulus a facie tua peribit, quem | michi, ancille tue, tam familiarem et obsequiosum et ad omnia mirabilia tua fecisti credulum | et deuotum? de cuius eciam saluacione cordi meo ueram spem et plenariam fiduciam tribuisti? quid ergo faciam? quo me diuertam? hic enim si a uultu tuo separabitur, totalis mea fiducia et spes

Laborat pro anima Jo- γ annis parrochj [5]) in stummel a purgatorio liberanda, quod et impetrat 5 Julij, quando aniversarius pastoris celebratur.

[1]) corr.; pr. m. sum. [2]) AS per misericordiam suam. [3]) corr. ex ipsam. [4]) dominus ex B restitui. AS [Dominus, eius]. [5]) parrochus = pastor. Ducangius non nouit. [6]) B duce et, quod post uoce sequitur, seiunxi. [7]) uniuersas pro uoce, quae est diuersas, ex B restituendum uidetur, inprimis collatis p. 188, v. 26 et p. 197, v. 2. [8]) AS fuerat. [9]) ita AS; liber quas plures. [10]) ita B; AS quibus, om. cum.

Digitized by Google

frustra|bitur». hec et hiis plura similia [1]) ea loquente, ‖ de- 40 XXXIX[v]
mon ille in specie sacerdotis, quem ipsa sacerdotem | fore
ueraciter estimabat, continuo discessit; et | uenientes alii duo
demones diuersis eam molestiis | fatigabant et, membra eius
5 confringentes, uariis | cruciatibus caput eius a summo ad
pedes recurua|bant; hoc facto autem [2]), duo angeli celitus 5
missi ue|niebant, qui membra eius a demonibus confracta |
celesti medicamine reficiebant. hanc penam per | tres noctes
sustinuit, sed diebus superuenientibus | leta fuit, quia demo-
10 nis astuciam agnouit. in ter|cia uero nocte, hoc est in illa, 10
que est ante diem | penthecostes, post afflictiones supradictas
demon | ille, qui eam in specie sacerdotis afflixerat, confu-
sus | ante conspectum uirginis apparebat et, cunctas | nequi-
cias suas [3]) detegens, in predicto sacerdote | nil sui iuris 15
15 habere fatebatur. mane autem facto, uir go cristi, ab angelis
sanata et a domino confortata, cum | magna iocunditate ad
ecclesiam properauit; et confes tim post percepcionem domi-
nici corporis transuehitur [4]) et i bidem ineffabiliter consolatur.
ubi inter infinita ar|chana sui sponsi specialiter ei de abso- 20
20 lucione anime sacer|dotis predicti reuelatur, simul et tempus
et hora, quando | absolui debeat, demonstratur. quantas ex
hac reuela cione et sui amici uicina absolucione letificata |
sponso suo gracias egerit, uobis scribere non sufficio. | (42) 25
transactis itaque post communionem tribus diebus, | uirginis
25 cristi desiderium adimpletur et multifor|mis pena, quam pro
absolucione predicti sacerdotis pe cierat, adhibetur [5]). igitur
ex tunc usque in | sextam feriam, que est post festum apo-
stolorum petri | et pauli, in qua anniuersarius [6]) sacerdotis 30
predicti | agebatur, filie uestre tormenta grauissima et mul-
30 ti formia [7]) singulis noctibus non a demonibus neque ui|sibi-
liter, sed [8]) ad instar purgatorii infligebantur: scilicet ig|nis
super humanum modum feruens et gelu intolle|rabile, nec- 35

[1]) sollemnior uerborum ordo est plura hiis similia. [2]) AS hoc autem facto. autem, duce B, melius omitti uidetur. [3]) AS suas nequitias. [4]) in thalamum sui sponsi ante transuehitur inserit B. [5]) adhibetur bis scr. [6]) nescio an dies ex B sit addendum. cfr paulo infra, p. 187, v. 14. [7]) corr.: pr. m. multiforma. [8]) sed ab B mutuatus sum. unde nescio an etiam sensibiliter mutuandum sit, post purgatorii inserendum.

Digitized by Google

non et omnia generа tormentorum, quibus | humana natura cruciari potest. que omnia simul per singulas noctes singula membra eius singulariter ac generaliter torquebant, et raciones. | propter [1]) quas singula tormenta sustinuit, scilicet
40 XXXIXv[2] predicti || sacerdotis negligencie, patebant. erant enim tam [2]) grauia et | intollerabilia tormenta, ut in eis per singula momenta uirginem cristi consumi necesse fuisset, nisi | eam diuina uirtus mirabiliter [3]) adiuuisset [4]). sed | uirgo cristi propter desiderium nimium, quod pro redempcio|ne dicti sacerdotis in corde suo habuit, omnia tormen|ta pacienter sustinuit, et diebus superuenientibus, quasi | nullam lesionem senserit, iocunda apparuit. hec | uero tormenta durabant usque in sextam feriam supra|dictam, in qua memorati sacerdotis dies anniuersa|rius agebatur; in quo quidem die filia uestra communi|cabat; — a festo enim penthecostes non communicauerat, | quia illum felicem diem sibi a domino premonstratum ex|spectauerat; — et subito post communionem beata eius | anima a seipsa educitur [5]) et in thalamum dilectissimi | sui [6]) sponsi raptim introducitur [7]); vbi in speculo eterne | ueritatis amicum, pro quo tanta sustinuerat. cum sem|piterno sponso et amico speculatur. †Hic est io|hannes plebanus, cuius mencio tociens fit in superiori|bus et specialiter in uisitacione nona; qui michi et | cristine fuit familiarissimus, qui eciam litteras | michi ex parte cristine scripsit et quedam de cristine | statu ad meam peticionem connotauit.† O quantum | tunc erit gaudium et exultacio! quam iocunda et mi|rabilis salutacio! cum in conspectu dei
25 fuerit [8]) facta | amicorum congregacio; cui sit honor et gloria in se|cula seculorum. amen. (43) ceterim rogo uos, karissime pater | et domine, in fide et caritate domini nostri ihesu cristi, qua uos | diligo et rediligi gaudeo, quatenus, si [9]) a corde meo | omnem solicitudinem remouere cupitis et
30 si perfec|tam anime mee libertatem desideratis, desiderium

[1]) emendaui ex B (ubi est: raciones, quare hec fierent). liber (et AS) per quas. [2]) tam aegre desideramus: quare ex B apposui. [3]) corr.; pr. m. miserabiliter. [4]) AS adiuvasset. [5]) AS anima abstrata [a corpore educitur] (sic!) [6]) liber sui dilectissimi sui. [7]) AS deducitur. [8]) AS fuit. [9]) liber quibus si, unde quatenus, si restitui.

Digitized by Google

γfratrem christo sociare et religionem intrare desiderat.

meum | de fratre meo, de quo uobis, cum presens fuissetis, | mencionem feceram. licet prochdolor. non seriosam, | de quo eciam uos in littera nuper transmissa [1]) intime | rogaueram. conplere, sicut uobis in karitate dei con|fido, quantocius studeatis. hoc eciam scitote, quod post | uestrum recessum circa [2]) salutem predicti fratris mei desiderium meum quasi assidue est ampliatum. timeo enim, | ne iuuenilis suus animus, qui nunc ad obediendum | saluberibus consiliis est beniuolus et paratus, seculo ||| se immisceat et sic — quod absit — a salute procul fiat. | idcirco [3]), karissime pater et domine, intime [4]) uos de precor in eadem fide et caritate, qua [5]) inuicem con federamur, quatenus [6]), si fieri potest, qualicumque occasione | inuenta, licenciam postuletis et ad partes nostras, | quantocius [7]) poteritis, declinetis; si autem facultas | personaliter ueniendi uobis omnino negata fuerit, | saltem fratres nobis familiares uel nuncios, quibus | confiditis, destinetis et per eos de fratre meo, quid fa|ciat, aut quomodo ad uos [8]) peruenire ualeat, de|mandetis. et si forte predictus frater meus, quia laicus et minus ydoneus, in ordinem inuite [9]) recipi|tur, saltem eundem sancte religioni penes uestram | ciuitatem astringi in quocumque loco procuretis, vbi | ipsum quasi peregrinum et exulem paterno affectu | et piis monitis in seruicio cristi aliquociens con|fortetis. preterea, pater karissime, regracior ex inti|mo corde uestre benignitati pro singulis et uniuersis beneficiis mentis et corporis, que michi, licet indigne, fideliter impendistis; pro quibus omnibus, qui|a mercedem dignam uobis soluere non potero, opto | tamen et desidero, quantum ualeo, ut ille, pro cuius | amore omnia fecistis et facitis, sit [10]) merces uestra | magna nimis.

[1]) AS nuper nobis (lege uobis) transmissa. [2]) circa cum AS dedi, sed fortasse contra, quod pr. m. exaruit, seruari debet. cfr Ducangium. corr., mirum in modum uocem falso interpretans, non contra uoluit. [3]) AS om. idcirco. [4]) liber (et AS) et intime; melius et abest, nisi uolumus statuere haec fere legenda esse: rogo et intime etc. [5]) corr. e qui. [6]) sic liber, ni fallor. AS omnino. [7]) liber quantocicius. [8]) corr.; pr. m. anuos (?). [9]) liber in uite. [10]) corr.; pr. m. sic.

Digitized by Google

(44) salutat eciam uos [1]) iohannes. rector puerorum. michi in omnibus factis meis specialiter. familiariter et fideliter obsequiosus; vnde queso, ut ipsi a put uestrum amicum peccatorum ueniam et uirtutum graciam impetretis. item. karissime! una cum magistro | iohanne suppliciter peto, quatenus [2]), si ipsum uobis scribere aut in | loco, in quo nunc est, residere uolueritis. libellum nobis promissum cum ceteris, que ad nostram edificacionem | seu consolacionem congruere sciueritis [3]). transmittere festinetis, hoc scientes, quod partem illius, quam | penes nos habemus, michi predictus iohannes bis per legit [4]); et fateor uestre [5]) dilectioni, quod ex omnibus, que | umquam audiui, numquam [6]) aliquid tantum audire delectabar [7]). et supra modum admiror, cum michi iam [8]) | multis temporibus familiaris fueritis, quare | michi de hac filia seu amica numquam mencionem aliquam fecistis. salutat eciam uos frater meus sigwinus, ‖ pro quo, XLr² queso, deum oretis; insuper et hilla de monte | cum omnibus amicis uestris, rogantes, ut pro eis ad dominum uestris precibus intercedatis [9]). salutate eciam, si | potestis, fratrem folquinum et rogate, ut pro nobis omnibus oret deum.

scripta est hec littera in IIII:a feria post | diuisionem apostolorum; sed miramur et soliciti sumus | de statu uestro, quia nobis, post quam ad partes uestras uenistis, nullam litteram misistis. valete, mi dulcissime [10]) pater, et orate uestrum amicum pro me.

(45) Quoniam | in predictis litteris sepius michi reducitur ad memoriam [11]) dilectio, quam | dominus inter me et cristinam plantauit, augmentauit, | ad se ordinauit et in se confirmauit [12]), ideo predictis | litteris sic respondi: |

Ep. XXVII. In ihesu cristo, eterno amore, interno dulcore, utriusque [13]) hominis conuenientissimo decore, uirginitatis flore et

[1]) corr. add. uos. [2]) liber, ni fallor. AS quod. [3]) corr.; pr. m. si ueneritis. [4]) sic liber; AS prælegit. [5]) in libro uidetur esse nostre(?). [6]) que, quod in libro est ante numquam, expunctum est. [7]) AS delectabat. [8]) AS tam. [9]) corr. ex intercedetis. [10]) corrigendum, opinor, in dilectissime. [11]) corr. in mg. add. ad memoriam. [12]) AS confirmavit. [13]) utriusque suspectum habeo.

Digitized by Google

pure societatis uigore, karissime cristine. | filie et amice, frater petrus, suus in domino totus | et suo solacio a deo specialiter accommodatus [1]), salutem et ampliora et dulciora in corde sentire quam | umquam sensu percipere.

karissima! non miremini, si supra | me scribo, quia de materia, que supra me est, loquor; | quia me in uirum perfectum, cum sim inperfectissimus, trans|formo. secundum hanc ergo transformacionem, si licet di|cere, similitudinem quandam in nobis [2]) uideo eterne | societatis et intime sanctorum caritatis. nam siue il‖la siue ista non diminuitur distancia locorum. nec im|peditur diuturnitate temporum, nec deicitur [3]) | diuersitate gencium nec disparilitate generum, cum nichil | horum in illis computetur. nam diuina infinitas comprehendit et connectit diuisibilitatem [4]) locorum, eternitas | excedit et comprehendit uarietatem temporum, pater|nitas [5]) uel causalitas adequat diuersitatem gen|cium et generum; et ideo dilectio, que a deo origina|tur et in deo terminatur et secundum deum regula|tur, uarietatum huiusmodi pericula uel dampna non sen|sit [6]). hinc est, quod, cum angelici spiritus, quocumque mittan|tur, intra deum currant, — quia ipse capit omnes spiritus in|telligibiles — distancia locorum spiritualis inter eos | computari non potest, quia in eodem loco indiuisibili | inueniuntur. (46) similiter cum eternitas comprehendat ‖ omne tempus sicut indiuisibile nunc, quem- XLv[1]
admodum infinitas sicut indiuisibile hic [7]) omnem locum, | patet, quod hii [8]), qui se in deo diligunt, quod [9]) eorum dilectio | secundum [10]) tempus non mensuratur, quia secundum apostolum »cari|tas numquam excidit». nichil enim in preterito amittitur, | nichil in futuro, racione tantum futuritatis, acquiritur [11]), | quamuis racione intensioris affectionis et actionis | 5

[1]) exspectes formam cum totus consonantem. [2]) Wollersheim, p. 246 n. 1 hoc suadet. cfr p. 191 v. 6. liber in uobis. [3]) pr. m. deidicitur dicitur, tunc, deidicitur expunctis, corr. deicitur. AS rejicitur. [4]) sic et Wollersheim. liber comprehendit diuisibilitatem connectit; AS quæ comprehendit [omnia] divisibilitatem connectit. [5]) AS perennitas. [6]) AS sentit, non sine causa. [7]) pro his, quae e meo posui, AS inserunt [et immensitas]. si coniectura mea placet, apparet mendi causam positam esse in simillimis uerbis indiuisibile nunc et indiuisibile hic. [8]) AS iis. [9]) hoc quod om. AS. [10]) sic AS. [11]) AS emendarunt.

Digitized by Google

